

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Franfurti ad Moenum; Franfurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0005

LOG Titel: Tractatus De Invocatione Brachii Secularis, Rutgeri Rulandi I. C.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



TRACTATUS DE INVOCATIONE BRACHII SECVLARIS, RVTGERI RVLANDI I. C.

C A P . I .

Vtrum liceat inuocare Brachium
seculare.

S U M M A R I A .

- 1 Inuocatio diuina quare premittenda.
- 2 Brachii inuocandi materia est frequens, & incognita.
- 3 Secularibus in causa fidei canones viam præcidunt.
- 4 Clericus non potest ferre testimonium coram laico.
- 5 Clericus executionem non potest petere coram laico, nec ad id se instrumento obligare, idq; nec consuetudine confirmatur, & quid in herede? num. 6.
- 7 Secularis non potest citare clericum.
- 8 Privilegia propria singulorum quæ dicantur.
- 9 Prorogatio quid sit.
- 10 Vasallus potest prorogare iurisdictionem. (riar. 10)
- 11 Clericus non potest prorogare iurisdictionem super-
- 12 Clericus in vniuersitate studens, an subdit Rectori laico, ex mente Guidon. Papa & Barthol. Bolognini. num. 13.
- 14 Clericus coram alio ecclesiastico litigare volens, consensu episcopi opus habet.
- 15 Adum qui fecit, in omnibus dependentibus consensu se videtur.
- 16 Rex Francia de facto non recognoscit superiorum.
- 17 Imperatoris lex an tollat pontificiam.
- 18 Canonum conciliarium efficacia.
- 19 Fidei sacerdos datius per clericum in iudicio laico conuenient, non obligatur.
- 20 Satisfans iudicio sibi, iudicis incompetentis iurisdictionem quomodo proroget.
- 21 Sacerdotes in veteri testamento gladio usq; exemplis demonstratur.
- 22 Laicus non potest clericum punire.
- 23 Brachii secularis inuocatio in nouo testamento non est visitata.
- 24 Ope alterius viritur, qui ipse non potest. (fert.
- 25 Societas valet, vbi unus pecuniam, alter operam con-
- 26 Confraternitatum iura valent.
- 27 Fædera quādo licita, & quomodo à confiratione discernantur.
- 28 Congregationes ex mala causa præsumuntur, nisi probetur contrarium.
- 29 Seditionis pena capitalis.
- 30 Iurisdictionis confusionem ius ciuile horret, & Canonum. num. 33.
- 31 Extra territorium ius dicenti, non paretur, & que pena.
- 32 Magistratus unus alteri manum porrigit.
- 34 Sedes materiali ex iure canonico vbi fundatur Brachii inuocatio.
- 35 Interpretis præcipui qui, & vbi de hac materia tractarint: Et quibus rationibus approbent inuocationem.
- 36 Germani.
- 37 Hispani.
- 38 Itali.
- 39 Galli.
- 40 Seculares quatenus in causis fidei sese intraherent possint, ex ipsis canonistarum traditionibus.
- 41 Imperatorem posse conuocare concilium, eiusq; exempla.
- 42 Sacerdotes si aliter quam debent, viuant, Princeps secularis hoc corrigeret debet.
- 43 Gallica regia confit. multa ecclesiastica continent.
- 44 Aedification, & refectio templorum ad Regem spectat.
- 45 Leges, sive moribus parum proficiunt. (die.
- 46 Sacerdotem vere agere difficile, & in quo peccent homines.
- 47 Episcopus turbans quietem publicam sede detruditur.
- 48 Imperatores secularis plurimas leges ecclesiasticas tulisse, easq; ecclesiasticos sequi, etiam ratione conscientia, ex mente Augustiani. & num. 52.
- 49 Caroli Magni ordinationes circa ecclesiastica.
- 50 Ludouici Synodus, & ordinationes ecclesiastica.
- 51 Quando mutatio admistenda in ecclesiasticis prævaricatis circumstantiis.
- 52 Regali prouisione electi Abbat. Episc. & Pontifices.
- 53 Non parentum Papa, cum turbatur status ecclesiæ.
- 54 Clericus cu[m] cōsensu superioris potest adire seculariem.
- 55 Vel si abdicavit ecclesiast. a se iurisdictionem: & qui illi sint, ex Hipp. de Marsi. num. 56.
- 57 Consensu iudicis clericus potest testimonium ferre coram laico, & aliis casibus.
- 58 Quatenus liceat clericis causas sanguinis agitare, ex mente Aluar. Pelagi.
- 59 Irregularitas non est à iure diuino.
- 60 Clericus ob enormitatem criminis à laico punitur, & quid sit enorme. num. 61.
- 62 Traditio quid significet.
- 63 D. Paulus coram ethniciis litigauit.
- 64 Ab exemplis negatiis non argumentandum.
- 65 Apostoli quare non inuocarint brachium seculare.



V A N D O Q V I D E M cuncta ope-
ra + nostra ad Deum, omnium au-
thorem, absq; quo omnia huma-
na caduca fragilia, inutiliaq; sunt,
& mortales nihil operari possunt,

Cap. I. Vtrum liceat

vt inquit Constantin. Landi, Com. in narration.
lib. c. 14. quod & Ethnici obseruauere, teste Virgilio 9. Aeneid.

Prefatus diuos solo rex infit ab alto:
Et in Georg.

Imprimis venerare Deos, &c.

Idcirco & ego, de inuocatione vtriusque brachii, acturus, in quo Iehovam, manibus ad cœlum eratis, iuxta textum in l. i. C. de veter. iur. encl. ut rem hanc difficultem, incipere, & eo modo finire valeam, quo ad ipsius gloriam, & proximi utilitatem, omnia conferantur. Quia autem haec materia, ut in simili Rebus si utar verbis, in titulo de literis requisitor, in principio, prægnaticis valde est frequens, Doctoribus vero praxis ignorantibus parum nota: operæ pretium fuerit, antequam eius penetralia attingam, imprimis hanc questionem expedire: Vtrum, maxime ecclesiastico liceat inuocare brachium seculare: eius enim status nenini, prima frōte, displicere debet, quasi haec inspectio & consideratio otiosa sit, cum multæ possint in medium adduci rationes, quæ, quo minus hoc Ecclesiasticis faciendum sit, persuadent. Nam ipsa iura canonica videntur hoc inuovere, dum Clericis iudicem laicum adire prohibent.

3 Idque non solum † primo, in rebus ad constitutionem fidei spectantibus, de quibus sic in c. si quia à proprio 2. quest. 5. disponitur: Si quis à proprio Episcopo depositus presbyter vel diaconus, aut etiam si à synodo quilibet episcopus fuerit excommunicatus, molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad maiorem Episcoporum synodus sese conuertat: & quæ se putat habere iusta, in eorum concilio alleget, atque ab his de se expectet, quæ fuerit de propria sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc voluerit facere, sed importunus fuerit Imperatori, huiusmodi nullam veniam habeat, neque locum ylliis assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum, quod latissime Ioan. Hieronymus Albin. de potest. Pap. & concil. part. 2. num. 2. 19. & seq. prosequitur. Sed etiam ad constitutionem iudiciorum pertinentibus.

Nam secundo prohibetur clericus, sese sistere foro ciuili, & laicis veratur cognitio l. i. 3. decernimus, C. de Episcopal. audient. Authent. statuimus, C. de Episcop. & Cleric. prout infra patebit.

4 Et tertio, † ipsi inhibetur, ne ferat testimonium coram laico, ut sequentibus verbis à me traditum est in tractatu de Commissionibus part. i. lib. 5. cap. 4. num. 3. Regulariter non astringuntur Clerici ad dandum testimonium in causis ciuilibus, Abb. & Felin. in cap. cum nuntius, de testibus. Prosper Carauta ad rit. magna Curia. rit. 14. 4. num. 1. Grammat. consil. 3. num. 7. vbi tradunt: coram ciuili persona non cogi deponere, etiam si de causa ecclesiastica agatur. Felin. Grammat. & Prosper Carauta. d. loc. n. 2.

5 Ex quibus tribus rationibus, † quarto inferatur, idem etiam de executionibus dicendum. Cui enim non conceditur antecedens, scilicet adire iudicem in principio & medio; ei multo minus consequens, scilicet executionem expetere licet. Et in specie hoc notat Ant. Mass. Galef. ad Form. Cam. Obligat. p. 2. q. 2. cuius verba: quia quomodo hoc accipiendum sit, explicant, subtiliam: Quæri-

tur, inquit, an virtute huius submissionis, possit clericus conueniri in foro seculari, saltem ut detur executio realis contra ipsius clerici bona temporalia? Habetur similis quæstio inter Tholosanas, 126. vbi deciditur negatiue; quia clericus in laicum iudicem, etiam de consensu Episcopi sui, consentire non potest, c. si diligenti, & c. significasti. de foro compet. Et hoc adeo verum est, ut etiam non valeat quanticunque temporis contraria consuetudo, ut subiungit in addit. dicta quest. 126. Stephanus Aufter. Et habetur late in decis. Rota 840. Vtrum valeat consuetudo in antiquis. Imo quod est fortius; si laicus hoc, vel alio quocunq; arcto modo obligatus, decedat, superstite sibi hæredem clericum, agendum erit pro executione coram iudice ipsius clerici, qui etiā in reali, gaudere deber priuilegio, & conueniri in foro ecclesiastico, iuxta not. in authent. vt omnes obed. iud. prouinc. §. hoc considerandum, ut per Archid. de clericis coniug. c. 1. libro 6 & hoc eo maxime, quia (iuxta superius dicta) vbi contra hæredem facienda est executio, oportet ut præmittatur citatio, † & aliquæ cauſæ cognitio, quam in clericum iudex secularis non potest præmittere: Ita tenet Rota decis. 552. Obligatum est laicus Auenion. in antiquis; Refert & sequitur Canarius in tractat. de executione instrumentorum, quest. 57. Hæc autem, & ea quæ dicta sunt, intelligenda sunt, quatenus non esset cœptum contra defunctum procedi: tunc enim, etiam clero existente hæredi laici, procedi posset per iudicem laicum ad ultiora. Quamobrem notanda est dispositio l. heres absens, & l. i. qui Rom. ff. de iudic. & quæ ibi notant Doctor. & præcipue Paulus Castrensis. cuius in summa hæc est sententia: Aut conuenitur hæres ex persona defuncti, id est, pro eo, pro quo defunctus poterat conueniri; aut ex persona sua, videlicet pro legatis & fideicommissis, pro quibus defunctus non poterat conueniri, licet ab ipso defuncto processerint: hoc secundo casu non attenditur domicilium defuncti: & sic hæres non conuenitur in loco, in quo defunctus sortiebatur forum, nisi ibi esset maior pars hæreditatis. In casu autem præcedenti est distinguendum, essetne incepitus cōtra defunctum processus, an nonnam si processus erat contra illum incepitus, hæres tenetur ibidem prosequi, licet sit alterius fori, nec excusat vlo priuilegio proprio, vel communis: etiam si ipse hæres ibi non reperiatur, quod locum habet, etiam in clero hæredi laici conuenti coram iudice laico: Si vero processus non erat inchoatus, & hæres non sit eiusdem fori, nec ibi inueniatur, tunc de iure communis non potest ibi contra ipsum hæredem procedi: inveniatur autem in loco hæres tenetur ibi respondere, nec excusari potest ratione proprii priuilegii. Hæc de iure communis: Sed vigore huius obligationis, iuxta superius dicta, semper procedi potest, præterquam per iudicem laicum contra clericum hæredem laici, contra quem processus non erat inchoatus: Priuilegia autem propter singulorum † dicuntur, quæ non sunt clausa in corpore iuris: communia vero quæ sunt in corpore iuris clausa, ut quod legari petere possint se remitti domū, l. 2. §. legatis. eod. tit. de iudic. & quod habent viduæ, & pupilli, C. quando Imp. int. pup. & vid. & ex parte de for. comp. Et quod habet clerici, ut non conueniantur coram iudice seculari.

Hinc

Brachium seculare implorare.

3

Hinc Iudices ecclesiastici, tanquam pro artis & fociis disputatione, laicisque iurisdictionem adimere tentant, in casibus, vbi alie qui iura ciuilia iudicii, etiam non competenti, iurisdictionem concedunt: veluti, quod quamvis pluribus casibus iurisdictionem iudicis prorogate [hoc est, ordinariam iudicandi potestatem, quam quis habet, ad similem extendere, quo significatu C. 9 vero sa pedixit † prorogate imperium, prorogare provincias, prolongate alicuius autoritatem, & potestatē quam habebat, in maius tempus, ut notatur in Christiana ciuitate. Aristocrat. cōfata excommunic. rerum quotid. lo. Quintin. Hedui. pag. mibi 39.] i- 10 ceat, l. 2. §. 1. ff. de iudicio. † Hinc vasallus potest renuntiare iurisdictioni, Gilman. decis. cam. 47. nu. 7. & seq. Quæ tamen quomodo accipienda, notaui in tractat. de commissionib. c. 1. lib. 8. p. 4. num. 18.

11 Tamen, quinto, id ecclesiastico & clericico admunt, Muscatellus in praxi part. 2. gloss. competent. s. num. 46. & 47. post Innoc. Vulteius ad l. 1. nu. 122. C. de iurisdict. & notauit d. loc. num. 18. idque per tex. in l. si diligenter, de foro competenti, quem allegat ad hoc propositum Guido Papæ, in Authentica habita, C. ne filius pro patre. num. 26. Idque adeo verum dicunt, ut dubiteretur: † An clericus in vniuersitate possit eligere in iudicem Doctorem suum laicum, quod quia pulchre idem Guido determinat, eius verba adiicienda: Iuxta hoc, inquit, querunt Dd. nunquid scholæris clericus possit eligere doctorum suum laicum; videretur quod sic: quia istud fecit auctoritate huius authent. contrarium dicit Cyn. per alleg. cap. si diligenter, & mouetur ratione; quia istud priuilegium clericis erat datum per principem, ante quam iurisdictio esset trāslata in Ecclesiast. vt in autem statuimus hic alleg. ex quo ergo est trāslata per principem, non potest ipse adimere. Nic. de Math. distinguunt sic: quia aut clericus est in studio, auctoritate legis; vt in studio Theologiae, iuxta & super specula de magistris, vel de licentia Papæ, & tunc potest eligere doct. laicum in iudicem, quia canon & Papa potuit dispensare super c. si diligenter, vt in simili dicim⁹ de monacho existente in studio, de licetia Abbatis, qui potest agere ad ea, quæ sunt necessaria pro studio, vt not. in l. si longius, in fin. ff. de iudi. Si vero sit in studio de licentia sui Prælati, tunc non potest eligere doctorem laicum in iudicem: quia Prælatus non potuit dispensare; si vero, & tertio, sit in studio sine licentia sui Prælati, tunc quia committit in leges, non potest vii eius beneficio, vt l. auxilium in fin. ff. de mino. nec potest eligere in iudicem doctorem suum, siue laicum siue clericum; sed compellitur a suo Prælato, ita dicit ipse Or. tamen in primo casu, quando est de licentia Papæ, est satis dubium, quia Papa concedendo quod sit in studio, non videtur sibi concedere, quod eligat iudicem laicum. Et eandem rem non minus lecite deducit Bartholom. Bologninus in d.

13 authent. habita numer. 10, cuius verba, † cum etiam robur huic tractationi addant, subiicio: Quæritis? An auth. dispositio locum in laicis habeat? Fuit, inquit, dubitatio ista mota inter antiquos scribentes: & primo lo. de Deo, & Ober. de Bobio tenuerunt, quod ista Auth. locum habeat in scholæribus clericis, dummodo ipsi sint forenses, & mouebantur per istum textum in verbo, peregrinanti- bus, hic posito: ergo, vt etiam supra dicebat Bald. &

Sal. habet locum in forensibus, & non in ciuibus; & eorum sententiam sequitur Spec. in tit. de reo, in princip. vbi examinat multa circa materiam istius text. in verb. sed quid si scholaris, & idem tenet ista ratione Gofre. in summa de foro competent. & dominus Anton. in c. preallegato, si diligenter, & dicit ipse, dummodo ille talis scholaris sit de licentia sui Prælati in studio. Et profecto ista opinio semper mihi placuit, & moueor ego ponderando text. in cap. significasti, extra de foro competent. vbi Papa disponit, quod nullus clericus possit litigare, nisi coram suo Episcopo: si autem voluerit litigare coram alio indice ECCLESIASTICO, † tunc est ne 14 cesset, quod interneniat consensus Episcopi sui; Ita est tex. in cap. signifi. asti. ibi. Episcopi diæcesani voluntas accedat, &c. ead tit. ergo, si Episcopus consentit, hoc casu ipse scholaris poterit coram Episcopo loci studii, vel doctore suo, si est in sacris, litigare: hoc autem sic probo: Nam qui facit a- & cum, † non solum in illum consentit, sed etiam 15 in aliis, in quibus dispositio legis super illis loquitur, text. in l. si duo quem ita ponderat ibi Bald. ff. de ac- quirend. heredit. per quem tex. dicit etiam ibi Paul. de Cap. quod qui facit se ciuem in uno loco, di- citur consentire omnibus oneribus consuetis, si- bi imponendis ab illo loco: ita etiam in proposi- to isto dicendum est, videlicet, quod ex quo Epi- scopus dedit licentiam clerico eundi ad studium, quod tacite videatur dedisse sibi consensum de his, quæ circa studium sunt, & sic de iis, quæ in studio vertuntur: Vnde videretur dedisse licentiam de litigando coram Iudice in studio, si opus fuerit, dummodo sit Iudex ecclesiasticus: & ita mihi videtur, quod possit & debeat intelligi ista mate- ria, semotis tot dubitat. Doct. Vtrū Imperator po- tuerit istud cōcedere; quia hoc non pondero, sed pondero, q. isti, si sunt Ecclesiastici, posunt, acce- dente consensu Episcopi, de caussa istius scholaris clerici cognoscere: & sic cum, vt supra probatum est, accelererit consensus Episcopi, dicemus, q. iste text. locum habeat in scholaribus clericis foren- bus, de quo latius in d. c. si diligenter, pro quo etiam facit, quia nulli dubium, quod ista Auth. est priuilegiata, vt pateat: & l. priuilegiata in distincte va- let, etiam quoad ipsos clericos, vt est communis sententia doctorum in cap. Ecclesia S. Mariae, extr. de de confit. Ergo ista Authent. habebit locum in ipsis scholaribus clericis: Limitando tamen istud, nisi causa effet criminalis; quia tunc per solum Epi- scopum cognosci poterit; istud dicit dom. Abb. in d. cap. si diligenter. Dicas tamen, quod licet Episcopus loci sit iudex scholarium clericorum forenium, vt supra, non potest tamen sine licentia Episcopi sui ab Episcopo studii ad ordines promoueri, vt pulchre voluit d. Abb. in cap. nullus, extra de paro- chia. Et intellige, quod ista constitutio non habeat locum, quoad conuentiōnem iudicij in ipsis cle- ricis, sed bene quo ad alia, conclusas tamen quod per istum textum nō poterit clericus scho- laris conueniri coram præside seu Poteestate ciu- tatis, vigore istius text. quia esset nimis absurdum; & id quod dicitur in ciuibus, habet dubium re- spectu Rectoris, qui debet esse clericus; vnde vi- debatur eum posse, Episcopo suo prætermisso, coram ipso Rectori conueniri; nec esset sane mi- rum, tamen ita cum cōmuni sententia in hoc. Et

A 2 quod

Cap. I. Vtrum liceat

quod ista constitutio nō habeat locum in clericis, tenet hic Cyn. in prima colum. subdit quod istud tam non seruatur Parisiis ex consuetudine & pri-
 16 uilegio Regis Franciæ, † qui de facto in regno nō cognoscit superiorē. Sed ultra omnes, quod immo iste textus habeat locum, quo ad omnes scholares, etiam quantum ad conuentione eorum coram Episcopo, præside seu Potestate, quia hic interuenit consensus tantorum Episcoporum & Abbatū, ut patet in tex. videtur quo istud, ex quo
 17 interuenit auctoritas istorū, posset fieri. Attamen, hoc non obstante, in contrarium est veritas, & dico, quod singula singulis referenda sunt, scilicet clerici coram Episcopo, laici coram vtrisque. Nō obstat motiuum supra formatū, quia dico, quod ex capite Imperatoris ista dispositio non præiudicat, tex. in c. inolita. & in c. placuit. 11. quas. i. & in c. si diligent. de foro compet. † quia Imperatoris legem Pontificis auferre non potest. c. Ecclesia S. Mariae. de consili. c. bene quidem. 96. distinc. Auth. statuimus. C. de Episcop. & cler. & sic ex capite Imperatoris non tenet. Quo autem ad consensum Episcoporum & Abbatum non habet istud obstat, nec potest ista constitutionem validare, cum in pluribus conciliis sit caustum, clericum coram laico conueniri non posse, de quibus in præalleg. iuribus. Et ideo Episcopi ipsi, etiam si esset simplex ius canonicum, non possent in contrarium statuere, vt in c. quod super ius. & ibi per Abb. de maiorit. & obedien. per Io. And. in c. fin. de offic. archipres. per glo. in Clem. ne Romani. de electio. & not. per Abb. & calios in c. fin. de constit. Et tanto magis, quod est canon † conciliaris, quia à fortiori contra ipsum dispensari nō potest, vt per glo. not. in c. cum dilecti, & ibi dom. Abb. magnific. tam, allegando concordantes, de electio. vnde dico talem consensum, isto casu non potuisse inducere istud contra ipsos clericos, & facit glo. in c. in istis. 4. distinc. quæ dicit, quod sententia Papæ præualeat sententiæ omnium Episcoporum mundi, & Imperator concilia approbat, sicut Euangelia. in Auth. de Eccles. titulus, in princip. & in l. final. circa med. C. de summa Trinit. & si. c. & idem dicit Papa in c. post translat. de renuntia. Vnde Imperator nō debuit, nec Episcopi, nec alii, hoc potuisse; & ita tenendum est; Imo nec istud potest Papa, quod est quid fortius; quia priuilegium quod habet clericus ne conueniatur coram seculari, est à Deo, vt est glo. solen. in c. si Imperator 96. de qua per Cardin. in repet. c. perpendimus, de sent. excom. in 5. col. Abb. in c. arsi clericis, in princ. in 8. col. in c. cum non ab homine, in pr. de iudic. & per reueren. dom. Felin. in c. 2. in principio. de maior. & obed. cum similibus. Haec tenus Bolognini. quibus adde Ioan. Wames. conf. 67. nu. 4.

Arque inde etiam fluit, quod fideiussor datus
 19 per clericum, † in iudicio seculari conuentū, nullatenus obligetur, argum. text. in l. si seruus. in princ. ff. si quis cautionibus, concludit Petrus Iacob. in arb. success. Regum Franciæ, circa medium, vers. idem fideiussor. Imo talis fideiussio inualida, etiā per nullam adiectionem confirmatur, vt voluit Boerius in singul. 11. incip. Cautio & fideiussio. nu. 7. per tex. in l. Scius 27 in fin. ff. ad l. Falcid. Cui non obstat, quod dicitur, voluntatiam satisficationē iudicio sisti, vel fideiussionem de iudicato soluendo, iudicis incompetentis iurisdictionem prorogare; nam illa satisfatio intelligitur cum clausula; Si ap-

pareat me teneri, Francis de Zabar. & Abb. Sicul; in c. inter monasterium. extr. de sent. & re iudic. Bart. in l. quid. in consulebat, num. 10. ff. dare iudic. vel cum hac cōditione: Si inuentum fuerit, quod exceptiones declinatoriæ, incompetentiæ, & aliæ per me proponendæ, fuerint de iure non receptibiles, Bart. in l. vir bonus, ff. iud. solui. Ant. de Butr. in c. 1. vers. ex his decidetur. extra de iudicis. Bald. in l. 2. C. de reb. aut. iud. poss. Anton. de Butr. col. 2. & Felin. num. 13. in c. inter monasterium. extr. de re iudic. Maranta in specu. par. 4. dist. 12. nu. 11. & ibi Petr. Follet. in addit. Pet. Gerard. sing. 5. o. Borgn. Caualcan. decis. I. nu. 18. & decis. II. n.
 4. Horat. Carpan. ad statut. Mediolan. part. 2. 6. 15 4. nu. 12. Amicus noster Anton. Hering. in doctiss. tractat. suo de fideiuss. c. 14. num. 18. 19. 20. & 21.

Sexto exemplis veteris fœderis id probatur. Nā in veteri testamento ecclesiasticos ipsos etiam capitalia executoz constat: sacerdotes enim veteris & legis etiam materiali gladio vtebantur: quod 21 non fecissent, nisi ad eos temporalis & materialis gladius etiam pertinueret. Moyses enim sacerdos fuit; vnde Psalm. 9. 8. Moyses & Aaron in sacerdotibus & 22. dist. c. 2. mandauit Leuitis interficere fratres suos idololatras, Exod. 32. & 45. distin. c. disciplina. & 23. q. 4. quid crudele. & q. 5. §. hinc apparet. & q. 3. non inferenda. Item Phinees, filius Eleazarri sacerdotis, & ipse sacerdos, artepto pugione, intrans, scortum perforauit, & Iudeum coeuntern cum Midianita, propter quod meruit pactum sacerdotii sempiterni, vt hæc leguntur Num. 25. & 23. q. 8. legi Siromasten. & c. occidit. Item Samuel minister Dei, Agag regem pinguissum in frusta concidit. 1. Reg. 15. & 23. q. 5. §. hinc apparet. Nonne & Helias prophetarum eximius occidit Prophetas Baal: 2. Reg. 18. & 20. c. in princ. & duos principes quinquagenarios Ochoziæ, cum quinquagenis, qui cum eis erant. 4. Reg. 1. & de isto utroque, 23. q. 4. quod Christus, & in c. ea vindicta. Nonne & Matthias filius Iohannis, sacerdos Domini, zelator legis occidit Iudeum super aram sacrificantem? 1. Machab. c. 2. In signum huius gladii temporalis protestatis, Christus ea vtens; acceptis funiculis, ciecit ementes & vendentes de templo, 10. 2. c. 1. q. 3. ex multis & c. vendentes. & 23. q. 4. qui peccant. Petrus etiam Apostolus auriculam Malchoam putauit, 10. 18. & 24. q. 1. si Petrus, & geminum fecit homicidium Ananiz & Saphiræ, Ad. 5. & 23. q. 8. legi & c. occidit. & c. Petrus. Nec discipuli secundum Ambros. peccauerunt petentes ignem descendere super Samaritanos, Luc. 9. 23. q. 4. quod Christus, nec Paulus obsecravit Elimam magum, Act. 13. vt pre. c. legi & 24. q. 4. § potest tamen in hac, & 45. dist. 10. Salomon. Nec Apostoli peccauerunt, qui mandabant templis: vt corruearent super idololatras, & corruebant, & multi ex iis peribant, vt in eorum gestis legitur.

Hinc septimo magistratibus ciuilibus inhibetur, ne puniat clericos: Vetus enim illud est in diuinis oraculis, † Nolite tangere Christos meos. 22 Psal. 104. Christos appellans, inibi expositore Augustino, sanctos patres, electos à Deo vt ei ministrarent in vera religione, quæ ne Accusatio quidē ignota est expositio, ad verb. degeneri, psalmū illum citati, & exponēti, Christos, id est, sacerdotes, qui lege Dei defenduntur, propterea sancti sunt. Auth. de non alien. & c. §. vult illa. Noceentes etiam, & peruersos tangere formidabant, si damnum, delictū, vel

Brachium seculare implorare.

5

vel iniuriam aliter vitare poterant: Saul erat ini-
quus, & malo agitatus spiritu, in quem tamen non
est ausus manus iniicere David, inquiens: Quis
enim extendet manum suam in Christum domi-
ni, & innocens erit? 1. Reg. 26. de quo rursus: Qua-
re non timuisti mittere manum tuam, ut occide-
res Christum domini? Porro *Xcīsōs Grācis vñ-*
ētūm significat. Vnētio vero regum sacerdotum
que dignitati communis est, & conuenienter per
Christos intelligimus sacris addictos, & deuotos
clericos.

Orau, morem hunc in nouo testamento usi-
tatum fuisse nusquam legimus: quinimo † argu-
mentando contrarium erui hac ratione posse vi-
detur. Quod cum ecclesiastici, verbi diuini mi-
nistri successerint Apostolis, & Apostolos nus-
quam legamus implorasse brachium seculare:
Consequens videtur, ex natura surrogatorum, l. si
eum. §. qui iniuriarum, ff. de his qui caut. iudic. sif. & l. si
donat. §. si sponsus. ff. de donat. inter virum & vxorem. la-
son latissime consil. 10. Schurff. consil. 59. num. 35.
cent. i. nec ecclesiasticos id facere debere.

Quibus tamen omnibus, & similibus, quæ in
contrarium maiori cum pompa adferri possunt,
non obstantibus haud sine ratione defendi po-
test, implorationem brachii secularis non solum
licitam, sed & honestam esse.

24 Primo enim dicitat ratio † naturalis, quod ad
ea, quæ quis ipse met non potest, alterius ope in-
digeat, iuxta versiculum:

Nemo sibi satis est, eget omnis amicus amico.

25 Secundo, quia vires † coniunctæ, etiam si unus
confilio, alter pecunia iuuet, plurimum proficiunt,
vt in societate communi videre est, l. i. C. de societ.
notau latius, de Commiss. p. 4. lib. 4. c. 10. n. 22. Ad hic
vnuis magistratus ferendo sententiam velut ope-
ra, alter vero executione reali iuuat, tanquam pe-
cunia.

26 Tertio. Hinc iura publica † confraternitatum
inter magnatum familias conflata, veluti Saxon-
iam, Hassiacam & Brandenburgicam.

27 Quarto. Et ex eodem fundamento † fœdera-
inter personas potentes visitata, quæ etiam cum
imperii fructu usurpantur; si modo secundum le-
ges fiant: nam conspirationes illicitasque pactio-
nes, reiicio. Ne autem iuniores hic errent, breues
diffentiaz annotandæ, ex mente Francise. de A-
uiles in cap. Prætorum, cap. 2. in verbo Ni confedera-
tion; vbi breibus definit & distinguit, hac ratio-
ne: Confœderatio est coniuratio, plurium in v-
num iuratio. Et differt à conspiratione, quæ fit
mediante iuramento, & coniuratio sine eo. Fit e-
nī promissio, vel pactio sine iuramento, & est
dicta à conspirando, quando scilicet plures spi-
rant, id est, flant, & tendunt in vnum. Et potest
dici, à con, & spira, id est, superbia, vel elatione.
vt tenet Domin. de sancto Gemin. in c. constitutio-
nem, de verborum significatione, num. 6. in princip. alle-
gando Ioan. Andr. in c. exhibita. de iudic. vbi gloss. di-
cit, in verbo, conspirationem. quod conspiratio est
grauiſſimum crimen. Et tales illicite confœde-
rationes, seu congregations, sunt prohibitæ, vt
in clem. pastorali. de re iudic. & ibi Cardin. num. 2. &
text. & ibi Bald. in l. nullus. C. de summa Trinit. & fide
cathol. in princip. dicit, quod si confœderationes,
fraternitates, seu congregations essent domino

Papæ, vel regi suspectæ, possit eas prohibere, &
deinceps congregari non possent, alias panien-
tur, argum. illius l. quia tales congregations &
confœderationes præsumuntur † ex mala caus.
sa congregatæ, nisi aliu proabetur, tenet Alexan.
in additio, ad Bart. in l. final. ff. de collegi. illicit. in addi-
tione, quæ est in parte, non valent. num. 10. & Paris de
Puteo in tractat. syndic. in parte, pone, quod vniuersi-
tas fol. 24. vbi de hoc. Et Abb. in cap. fin. de testibus co-
gendis num. 1. in fin. tenet, quod si quis confœdera-
tionem, vel tumultum † contra aliquem fece-
rit, vel seditiones voces emiserit, capitali poena
punitur, vt in l. denuntiamus. C. de his qui ad ecclesiam
confuge. & in l. i. & 2. Cod. de seditionis, & in l. aut fa-
cta, i. respons. ff. de penit. & in l. qui ceteru, ff. de vi pu-
blic. l. conuenticulum, C. de episcop. & cleric. Adde de re-
gimine princip. Niphum lib. 4. cap. 2. Erenberg. in
meditat. pro fœderibus. Conrad. Brun. de legat. cap. 10
libro 3.

Quinto. Et ne quis hæc dici, tantum illis casi-
bus, putet; iura ciuilia audiat, quæ licet plane ab-
horreant confusionem iurisdictionis, † per l. repe-
rita. C. de episcop. & cleric. l. consulta. C. de festam. Et id-
eo extra territorium ius dicenti impune non pa-
reri, tradiderunt, † l. vlt. ff. de iurisdict. omnium iudic.
ex illa ratione, quod cognoscens ita, vt priuatus
est, l. 2. de offi. præsid. Idq; ita sanete obseruare volue-
rint, vt si contra fiat, condigna poena cōtra trans-
gressorem insurgant, teste Rebuff. de lit. requisit. in
princ. num. 1. & 2. Cum tamen viderent varia acci-
dere, vt vnu alterius ope indigeret, vt in secunda
constitut. C. post principium scribitur in l. episcopali. C. de
episcop. audienc. Rebuff. d. l. num. 2. Statuerunt vnum
magistratum † alteri manu suppeditare debe-
re, vnamque per aliam adiuuandam. l. 2. C. de his qui
latron. Idque maxime circa executionem, ne illa
differatur per iura infra num. 36. recitanda.

Sexto. Id secuti sunt † Canones; Etsi enim &
illæ confessionem auersentur c. peruenit, l. 1. quæst. 1.
Et doceant ad id evitandum, cuique magistratu*m*
iurisdictiones in suo territorio assignandas esse,
cap. solite de maioritat. & obedient. cap. pastorales de his
qua fiunt à prælati. quia tamen experientia edocen-
tur, distinctos esse magistratus, ad exemplum iu-
ris ciuilis, brachium seculare implorandum, ne-
cessarium duxerunt. Sic enim (vt sedes materia-
rum † in aperto sint, & illustriora proponantur)
habetur.

Primum in cap. 4. nec licuit 17. distinct. Nec licuit
alicui aliquando, nec licebit particularem syno-
dum congregare: sed quoties aliqua de vniuersa-
li synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipi-
endam de eo, quod non intelligunt, rationem,
aut sponte ii, qui salutem animæ suæ desiderant,
ad Apostolicam sedem, pro recipienda ratione,
conueniant; aut si forte (sicut de talibus scriptum
est:) [peccatorum venerit in profundum ma-
lorum, contemnit:] ita obstinati, & contumaces
extiterint, vt doceri non velint, eos ab eisdem A-
postolicis sedibus, aut attrahi ad salutem, quoquo
modo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse
possint) secundum canones per seculares com-
primi potestates.

Secundum, ex mente Isidori in cap. 20. Prin-
cipes, 23. question. 5. Principes seculi nonnunquam
intra Ecclesiam potestatis adeptæ, culmina te-

A 3 nent,

nient, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam maniant. Cæterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi, ut quod non præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sepe per regnum terrenum, celeste regnum proficit: ut qui intra ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & ut venerationem mereatur, virtutem potestatis impartiatur. Cognoscant principes facili Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam crederit.

Tertium in cap. 26. Administratores. 23. quæstio 5. Administratores plane sacerdotalium dignitatum, qui ad ecclesiistarum tuitionem, pupillorum ac viuduarum protectionem, rapaciumque refrænationem constituti esse proculdubio debent, quoties ab episcopis & ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimontias attentius audiant, & secundum quod necessitas expeterit, absque negligentia examinent, & diligentí studio corrigan. Quod si Dei timorem pœna oculis non habentes, negligere post secundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni se nouerint communione, usque ad condignam satisfactionem, priuatos.

Quartum in cap. 14. Quoniam. De officio iudicis ord. Quoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatem atque diœcесim permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus, & mores: districte præcipimus, ut pontifices huiusmodi ciuitatum, siue diœcесium prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitates, rituum & linguarum diuina illis officia celebrent, & ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne una eademque ciuitas siue diœcесis diuersos pontifices habeat, tanquam unum corpus diuersa capita quasi monstrum. Sed si propter prædictas causas, virginis necessitas postulauerit, pontifex loci catholicum præsulem nationibus illis conformem, prouida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens, & subiectus. Vnde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se nouerit muctione percussum: & si nec sic resipuerit, ab omni ministerio ecclesiastico deponendum adhibito (si necesse fuerit) brachio seculari ad tantam insolentiam repellendam.

Quinto, in cap. 2. Statuimus, ibi, in fine, Per temporalem. De maledicis. Per temporalem præterea potestatem, coactione (si necesse fuerit) episcopi diœcесis, adhibita contra eum, blasphemus, si diues fuerit, quadraginta solidorum, alioquin triginta, siue viginti: & si ad id non sufficiat, quinque solidorum viualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus, quod etiam interalia communitatum statuta ponatur,

Sexto, in cap. 2. si quis. De clericis excomm. depos. Si quis presbyter aut aliis clericis fuerit degradatus, aut ab officio, pro certis criminibus, suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumperit, & postea ab episcopo suo correptus in incepcta presumptione perdurauerit, modis omnibus excommunicetur: & quicunque cum eo cōmunicanterit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel sc̄eninis excommunicatis obseruandum est. Quod si aliquis ista omnia contemperit, & episcopus minime emendare potuerit, regis iudicio, ad requisitionem Ecclesiæ, exilio damnetur.

Septimo, † omnes tam antiqui, quam recentiores Interpretes, ex hisce rationibus, approbat invocationem, quorum testimonia illustriora addenda.

Præter enim Canonistas, & Legistas, in locis ordinariis: veluti Innocentium, Panormitanum, Siculum, Baldum, Antonium de Butrio, Barbat, Anchoranum, Imolam, Alciatum, Ferrarensem, aliasque in cap. 1. de officio ordinarii. Bartolum, Angelum, Alexand. Decium, Iason. Paulum Castren, Lancellot. & alios in l. magistratibus, ff. de iurisdictione, omnium iudic. etiam alii id fecerunt. Et quidem

INTER † GERMANOS.

Zasius, de Rei vendic. in paratit. num. 43. & in l. vnic. si quis ius dicent. num. 19.

Dick in cōnōm fol. 370. tit. de executione.

Mynsing respons. 6. num. 2. & 4.

Gail. lib. 1. obseruat. 115.

Freder. demandatio lib. 2. cap. 65.

Meland. Commentar. Cam. part. II. folio 181. versicul. limitatur.

Ioan. Wames. consil. 67.

Magenhorst, ad ord. Cam. part. 3. tit. 48 fol. 496.

Auctor decision. Camer. in verb. brachium. Gloss. Landrecht lib. I. artic. 1. in gloss. latin.

Et quirite hic aliorum rationes congregatis, Graueus, conclusion. 115. num. 1. his verbis: Siquidem executio perhibeat esse iurisdictionis, ex gloss. in l. 1. & ibidem Bald. & Alexand. de iurisdictione omnium iudic. Hartmann. Pist. inducit lib. questionum 1. quæstione 15. numero 31. & alias etiam, ne sententia per alterius iurisdictionis iudicem iuste lata, redatur, ob iurisdictionis in exsequendo defectum, elusoria, atque ita iuris executio contra l. si prætor. ff. de iudic. & cap. commissa. §. porro. de ele. in 6. frustretur, quam rationem in his terminis considerauit Barthol Blarer. in l. diffamari. 5. c. II. sub numero 21. circa medium. Cod. de ingen. & manu. ff. viiius territorii iudex alterius sententiae executionem, cæteris partibus, rogatus, seu in subsidium iuris requisitus, facere teneatur. post Iasonem, Menochium, & alios Matib. Coler. de process. executiu. parte 2. capite 3. numero 18. Hieronym. Schurff. consil. 33. per totum centur. I. Mynsinger. respons. 6. numero 3. & seqq. decad. 1. Ita & hic constituenda erit conclusio: Iudicem laicum ecclesiastici sententiam, ad requisitionem, teneri demandare executioni. Et ne sim in recensendis textibus, quos plerosque citavit dominus Gail. transcriptor, neque in accumulandis auctoritatibus prolixior, adducere ex professo conclusionem illam firmantem

Brachium seculare implorare.

7

tem Menochium (quem virum doctissimum, & suæ ætatis nulli Jurisconsultorum secundum laudat ex nostris Germanis & ipse eruditissimus Hartmannus Pistorius libro question. 2. parte I. questione 4. numero 31.) de arbitr. iud. quest. cas. 452. numero 4. citans in auctoritatem Hostiens. Cardinal. Albert. Abbatem. Decianum. Rolandum à Valle. idem Menoch. deretinen. posses. remed. 3. numer. 359. & seq. & conclusionem eiusmodi ex professo comprobat Ioan. Baptist. Asin. in prax. Fioren §. 31. capite 1. ampliat. 15. Myasinger. respons. 6. numero 4. centuria 1.

INTER + HISPANOS

- 37 Gundissaluu de Villadiego, de hereticis, question. II. numero 17.
Franciscus de Auiles in cap. 20. Pratorum.
Simanc. de Cathol. instit. cap. 36.
Vasquius de Testam. §. 6. num. 16. vers. illud.
Didac. Perez in l. 4. titul. I. libro 3. ordin. verbo, in voce.
Michael Agia, in tractat. de exhiben. auxiliis.
Palac. de Rub. in repet. cap. per vestras. §. sed pulchriora. numero 22.
Bartholom. Roder. Calder. in manual. Iud. capit. 10. numero 59.
Aluar. Valasc. consultat. 48.
Royas sing. 108.

Et qui cumulatim illorum rationes coaceruauit Couarr. pract. quest. cap. 10. Non omnibus iudicibus (is inquit) quibus cognitio, ac definitio alicuius causæ iure competit, licet nec permisum est, quæ semel definierint, executioni mandare: si quidem multa sunt, qui liberam hanc executionem, absque alterius iudicis auxilio & ministerio, possint impedire. Atque ex ea causa illud obtinuit, ut quoties res ista in discriminem hoc inciderit, iudex qui sententiam tulerit, aut de contractus executione cognitus est, requirat pro exequenda sua sententia, & contractu, iudicem alium, qui personam, & bona debitoris capere possit, atq; executionem ipsam ad effectum deducere. Sic etenim iudex ecclesiasticus, vbi censuris iam fuerit usus aduersus laicos, nec potuerit earum viribus sententiam exequi, requirit pro eius executione iudicem secularem, vt is, captis rebus, & persona ipsius laici condemnati, ecclesiastici sententiam exequatur, tex. vbi glo. in verbo, publicum. sic intelligenda in cap. I. de offic. ord. & ibi Doct. præsertim Panorm. Fel. & Alciat. Oldrad. cons. 89. Bald. in l. I. C. de his qui latro. occulta. Matth. de Afflict. in prece. constit. Neapol. nu. 54. text. optim. in cap. dilect. de sentent. excom. in 6. c. postulasti de homicid. c. 2. de maled. c. principes. 23. quest. 5. c. quoniam de offic. ord. l. episcopale. Cod. de episcop. & cleric. cap. vt officium. §. compescendi. de hereticis in 6.

INTER + ITALOS.

- Speculat. in titul. de execut. §. 2. & in tit. de iud. deleg. §. sequitur.
Fredericus de Senis cons. 163.
Anton. de Fano in tractat. de brachio:
Oldradus cons. 89. & ibi Reinald. Corsus:
Card. Florentin. in Clem. 151. nu. 10. de sequest. poss.
Bosius, de foro competent. num. 87.
Rolandus à Valle consil. 65. vol. 1.
Hippol. de bannitis, in verb. iudice.

Beretta consil. 3.

Natra consil. 130.

Asinius in prax. §. 31. ampliat. 15.

Paulus Fulcuis in singulari 21.

Marc. Mant. lib. 10. obser. legal. c. 92.

Quintil. Mandos. de inhib. quest. 72.

Lanfranc. de Oriano ad Clem. dispensiosam, num. 9. de iudicio.

Vestrius in praxi. & ibi Grauat. lib. 8. c. 6.

Fulius Pacianus consil. 164.

Hortensius Caualcan. de brachio regio p. 4. num. 267.

& seq.

Prosper Farinac. quest. criminal. de Inquis. lib. 1. tit. I. questione 7.

Quotum rationes omnes inueniuntur tractatae à Paride de Puteo, in verb. brachium. Officialis (ait) qui non est potens, potest inuocare auxilium potentioris, secundum Petr. & Bart. in l. si quis in hos genus, de Episc. & cler. vbi etiam dicit Bald. quod homines de cōtrada, id est qui in platea aut via sunt, ad præceptum officialis, vel iudicis tenentur capere malefactorem, & ad ipsumducere; & sic potest etiam inuocare auxilium superioris, de quo in l. properandum. §. sin autem de iudic. & in c. i. de offic. ordin. Et dicit Ang. in l. 2. de his qui latro. quod si capiendo malefactore officialis non habeat familiam sufficientem potest implorare brachium alterius iudicis, etiam in contemptum subditorum nolentium; & idem dicit in l. 1. Cod. de agge Nili. non rumpen. quod si officialis requirat colentes, vt eum adiungent ad malefactorem capendum, & illi volunt, vt fugiat, quod dicantur præstare auxilium, negligendo, & tenentur conditione ex l. 2. de his qui latro. Et vide Andr. de Isern. in constit. iustitiarii. & in titul. de pace iuram firm. in §. receptatores alias puniuntur. de quo vide bonum textum in l. 1. & 2. ff. de ser. fugit. & infra. Vnus iudex tenetur ad requisitionem alterius suum brachium impatriari. l. 2. C. de his qui latron. & si non facit, potest puniri per superiorem. l. s. index. de variis & extra. cog. Bart. in l. à diuino Pio, de re iudicat. vide Andr. de Isern. in constitutio. post mundi. & Cno. in c. i. de offic. ord. & ibi Innoc.

Gallit. hac in re sunt pariores, cum ipsimet sibi maxima ex parte directe sumant executionem, ut extractandis apparebit; agnoscunt tamen in aliquibus Cosmas Gunicier. in pragmat. Sanct. tit. de cellat. fol. mihi 85.

Franciscus Mar. decis. 27. & 771 p. 1.

Ioan. Quint. Hæduus in anstolat. Christ. ciuitat. folio 74. & 81.

Charond. responsor. libro 3. respons. 9. & lib. 1. respons. 14.

Stephan. Aufret. in tract. de potestat. seculari reg. 4. nu. 32. in 5. vol. tractat.

Ex quibus conficitur, licet inuocari brachium alterius iudicis.

Ne quis autem offendatur argumentis in contrarium adductis, & illa examinanda sunt. Et vero primum quod attinet, illud euertere nequit brachii inuocationem. Multis enim casibus, in rebus etiam constitutionem ecclesiasticam concernentibus, inuocatum brachium seculare constat, prout infra de executione cōciliorum per brachium seculare, dicetur.

Quinimo ex historiis constat + etiam Imperatores aliosque principes negotiis ecclesiasticis

A 4 ad-

Cap. I. Vtrum liceat

adfuisse. Quod licet à neoteris & antiquis, quos silentio in quoquo, videlicet Defensore pacis, itemque de Iure Imper. in confirm. Rom. Pontificis, auctore Commonenfact. De Iurisconsult. fin. Pareo in præfat. ad Landgrau. Waremund ab Erenberg in verisimilib. satis deductum: placet tamen ex ipsis canonistarum asseclarum traditionibus propriis verbis id confirmare: Cumulanter autem illa, in lect. Ioann. Quintini Hædui iuris Doctoris & ordinarii professoris Lutetiz in cap. Nouit. de iudicis sub titulo Christiana ciuitatis Aristocracia, Anno 41. Parisiis editis, hac ratione: Regula traditur altera, de regia potestate in pontificem, ex can. Quando vult Deus. 23. quest. 4. Hoc pertinet ad reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam ve- lint matrem suam ecclesiam habere, vnde spiritualiter nati sunt. Hæc ratio est, cur principi quandoque liceat super iis definire, quæ concernunt ecclesiam: ne matris vlla in re violetur honestas, ne turbetur illius tranquillitas ab iis potissimum, quibus est commendata. Optima ciuitatis ea forma creditur, in qua est, qui possit imperantibus imperare. Mutuis enim tenetur imperiis scitum illud Seneca, lib. de ira 2. Nemo regere potest, nisi qui & regi.

Doctorum multorum virorum vna opinio est, 41 Imperatorem conuocare + posse concilium generale, quotiescumque & quacunque ex causa, vbi Papa, & Cardinales aliqua suspicione notantur & cessant, imperitia forte, malitia, vel vtroque, aut cum scisma est. Ex Decio consil. 151. Celebrem in Arrium Synodus Constantinus Imperator Nicæam conuocauit, vbi & interfuit, auctore Rufino. Et vniuersales tres alias, Gratianus, Theodosius, & Martianus Imperatores edito suo cœgerunt. Hæc sunt illa quatuor concilia, quæ fidem nostram, velut quatuor Euangelia, complectuntur. De quibus tota distin. 16. Theodorici Regis authoritas ex diuersis prouinciis Episcopos, & sacerdotes Romanum conuenire præcepit, ad Symmachii primi purgationem, §. Hinc etiam 17. distin. Carolus Magnus (vt est in historiis nostris) quinque concilia pro statu ecclæstico celebranda iussit, Magantium, Remense, Turonense, Cabilonense, Arelatense, atqui, si quod aliud, hoc maxime est pontificium, & ecclæsticum. Papa Romanum vel alio vocat episcopos: Rex ire vetat, aut in suum comitatum venire iubet: obtemperandum est regi præceptioni: non hic tantum, sed & in quacunque alia re, extra peccatum, can. Si episcopus. 18. distin. can. Saloniæ 63. distin. can. Si rebus 23. quest. 8. Quum Rex Prælatos ad concilium, & ecclæstæ statum formandum conuocat, obedire tenentur: hoc sentit Innoe. cap. Quum parati, de appellat. Interesse tamen volo Reges tantum, non etiam præesse talibus sacerdotum conuentibus, & electionibus. Imperatorem Martianum sequantur, actione septima Calcedonensis concilii, dicentem, patribus & presbyteris congregatis: Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam synodo interesse voluimus. can. Nos ad fidem 96. distin. Imperator bonus (ait Ambrosius) intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Huc referantur à nobis omnia dicenda. Quemadmodum igitur reges ad officium pontifex inuitat, & cogit: ita repe-

titur in canonibus, ad Regem confugiendum es- se, quoties pontifex res ecclæstæ collatas dissipat, ac defraudat can. filii 16. q. 7. Si iam sacerdotes nō circa altaris officia dediti sint: si contempto tem- ple, neglectis sacrificiis, properent in Regula pa- latia, festinent in palæstras, se gynæciis immundi prophanent (quales 2. Maïab. cap. 4. describantur) & in suas suorum delectationes si conuer- tant id quod fideles obtulerunt Christo: cur non hoc reuocabunt ad solicitudinem suam princi- pes, quos catholica fides in ecclæsia simu genuit, & docuit? Sed (vt cœpimus) exemplis regulam tractemus: quæ nobis non erunt à veteribus re- petenda longius: quum legamus hodiernis Re- gum nostrorum constitutionibus inserta ecclæstica multa. ¶ Fiduciariæ beneficiorum pos- sessions (quod supra monui) pro tribunali prin- cipis tractantur. Quid causæ putatis? nisi quod æquitate contempta, non amplius (vt iubetur) ecclæsticus iudex, secundū formam canonum, & sanctorum patrum instituta, sed per subtiles quædam iuris formulas de beneficiis pronuntia- bat: vt merito videatur illis interdicta cognitio, qui præ ceteris debebant omnes sacras regulas custodire, non per veterotorias pragmaticorum imposturas, hominum controværis visitare. Quotidie (proh pudor!) ciuiles iudices vide- mus ecclæsticæ iurisdictionis abusus, & corru- ptelas, seu suo quodam iure, ex principiis consti- tutione, corrigere, de excommunicatione et- iam (qua, quid magis spirituale?) cognoscentes: ô dedecus! de lege tamen non conqueror, sed doleo, quod meruimus hanc legem, similesque: contra quæm veratur in cap. Qualiter. de iudi. Regis authoritate compelluntur + ecclæiarum præpo- siti, vt ædes sacras aliqua refectione indigentes instaurent: & sarta tecta templorum præstant: quibus cessantibus aufert ipse rex sacerdotib. ecclæsticam pecuniam licite, quam in usus templi expendat, præpositis ad hoc opus curatoribus. Ioadis, & Iosiz, regum, in sacris ea cura fuit, de quibus quarti libri Reg. cap. 12. & 22. Et Paralip. cap. 23. & 34. Fuit & hoc per prouincias quondam proconfulum Romanorum munus, in suorū deo- rum fanis, l. si in aliquam. ff. de offic. procons. Tertiam beneficialium reddituum partem Rex Carolus Sextus, his reparationibus omnium primus de-putauit: non antiquam ecclæstæ traditionem se- quutus, quæ fidelium oblationes in quatuor portiones diuidebat. can. concessio, & seqq. tribus 11. quest. 2. Sed (opinor) magis Imperatores Arca- dium & Honorium, qui de ciuitatū redditibus ter- tiam partem publicis operibus reficiendis assi- gnari voluerunt, In l. Ne splendidissima. C. de oper. pu- bli. Ante hunc alii reges pontificali sollicitudini templorum fabricas, cultumque diuinum reli- querant, ex canon. Decernimus. 10. quest. 1. Nouo regis edicto caussam dedit Ianozentius Papa septi- mus, tum sedens Auennione, Hic effræni Cardi- nalium numero comitatus, & pari luxu, inauditis exactionibus ecclæsiam Gallicā premebat, omniū prouentuum ecclæsticorum partem sibi media- rapiens, Quod ægre passa schola Parisiensis, quum Regi supplicasset anno Christi millesimo trecentesimo octogesimo quinto, protinus exportari- tum pecuniam regno vetitum, ac simul constitu- tum,

Brachium seculare implorare.

9

etum, diuidendos in tres partes ecclesiarum fructus: cædit vna clericalibus vsibus: altera temporum instauracionibus: tercia dissoluendis ecclesiarum debitis, & obligationibus relicta fuit; quo nos adhuc iure vinimus: & ex eo tempore rerum sic iudicatarum exempla multa sunt. Patrum nostrorum ætate, Ludouicus undecimus Rex constitutionem sanxit, ut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & quicunque dignitates in ecclesia gerabant, aliorumve beneficiorum curam habebat, intra quinque menses ad suas se conferrent ecclesias, nec amplius inde se moueret, assidue diuinis inibi rebus, ac sacrificiis operaturi pro regni regisque salute, & incolumente, posse adiecta non obedientibus amissio feudorum, fundorumque & bonorum temporalium. O Legem rege Christiano dignam! beneficiariis tamen ecclesiæ pudentiam, ad officia compulsi. Vtinam sint episcopi, & sacerdotes, quod audiunt: aut negent, se pattores, aut exhibeant. Certe per legem non stetit,

45 Verum, t quid leges sine moribus vanæ proficiant, ut queritur Flaccus? Difficillimum est t cuiquam vere sacerdotem agere, qui libenter aliud est, quam sacerdos: nunc aliud esse, & aliud videri volumus: nempe cultu, fastu, verbis & moribus milites, & plus quam milites: quæstu, otio, redditibus clerici: re & actu neutrum præstamus. Cur non hic princeps male feriatum genus hoc hominum coget ad officium? per quos nomen infamatur sacerdotii, ministeriumque nostrum vilipenditur. An illi magis se immiscent enormitatibus? propter quas impune & fustigatur, & patibulo affigitur, etiam non defecratus sacerdos, & perpendimus, de sent. ex comm. Pereunt cum pastori bus greges: cur quælo? quia sicut populus, sic & sacerdos. Osee cap. 4. Curarunt isthæc igitur, & metiro Reges nostri recentiores. Quod si vetera placent, nemini dubium est, quin in primitiua ecclesia de rebus & personis ecclesiasticis principes ius dixerint. Arcadius, & Honorius, religiosi principes, episcopū t turbantem quietem publicam, episcopali & sede, & nomine detrudunt, ac iubent exulare, l. quicunque. C. de episcop. & cleric. libri primi Codicis Iustinianei primi tredecim tituli ex diuersorum Imperatorum cōstitutionibus nequa-

47 quam obscure tractant ea, & iudicant, quæ t ad pontificalem curam pertinent. Quod maius pontificis munus, quam fides? quæ baptismus? quam summa Trinitas? quam monachorum conuersatio? clericorum & episcoporū ordinatio? quamque similes multæ leges haud dubie religionem nostram, & ecclesiam concernentes? Atqui talium plene sunt Imperatoris Iustiniani nouellæ constitutiones. Et ne quis tyrannidem forte, aut ecclesiæ oppressionem suspicetur, hunc Iohannes Papa clementissimum filium, ecclesiasticis disciplinis eruditum, principum Christianissimum salutat. Epistola Inter claras. De summa Trin. &c. Et se ipse ultimum Dei, & Ecclesiæ seruum nominat, l. 1. de offic. pref. prato. Aphr. Childebertus Francorum Rex (quo fuit in Græcia tempore Mauritius Imperator) à Pelagio Papa II. religionis & fidei confessionem exegit, quam cito, nec inuitus, pontifex præstítit, ad auferendum omne suspicionis scandalum can. satagendum 25. q. 1. Anni aliquot sunt, quod agens in Calabria cum militiæ nostræ magi-

stro, casu reperi libricuiusdam fragmentum literis Longobardicis, hac inscriptione: CAPITVL A KAROLI: Deinde sequitur epistola, cuius tale est exordium; Ego t Karolus, gratia Dei, eiusque misericordia donante, Rex, & rector regni Francorum; & devotus sanctæ DEI Ecclesiæ defensor, humiliisque adiutor, omnibus ecclesiasticæ potestatis ordinibus, seu secularis potentia dignitatibus, salutem. Illa sunt capitula Karoli, quæ tā sæpe Gratianus allegat: & hic etiam citantur ab Innocentio III. In illis agit rex de Abbatibus, & Episcopis ordinandis, seu eligendis, de monachorum obedientia, vita & vestimentis: de virginibus sanctimonialibus, quæ beatissimæ virginis habitum suscepunt: de sacramentis secundū usum Romanum: de missis in ecclesia, non intra domos celebrandis. Et sunt in eam sententiarum multa alia edita capitula: quibus omnibus in epilogi modū subduntur hæc verba: Omnes secundum canones, & secundum patrum regulas viuere cogantur. Huius filius, Ludouicus Imp. synodū t habuit, in qua vestium luxus, gemmarum vanitates, & pompas nimias ecclesiasticis interdixit, anno Christi 830. edito etiam libello, De ordine & ritu ecclesiastico viuendi. Non dubito, quin talibus legibus ecclesia & utretur, & teneretur. pleraque enim statuebantur in eius honorem, comnodum, & fauore: quæ cum approbarit: ecclesiasticorum canonum vim obtinent. can generaliter 16. q. 1. c. 10. de constit. Pontificibus autem semper est probandum, quod pro ratione temporis expeditat, ut nunquam prodesse non possint aliis, magis optantes frequenter quod optimum sit, quam exigentes: & (quod ipsi quoque Paulo accidit) præscribentes, non quod Christo sit proximum, t sed quod ab his temporibus possit obtineri: scilicet, hos esse volovni & quos virtuti, & eius amicis, ubique tamen semper sui similes in iis, quæ Dei sunt: quæ vel sanguinis & animæ profusione defendere, confirmareque debent. can sunt quidam, 25. q. 1. Ratio quoque datur altera, cur seculares in ecclesiasticos aliqua statuant, ac de illis nonnunquam judicent: quia sæpe tales leges ferri perit ecclesia, se committens alienæ sententiae: quia ex re obligatur. Incomparabiliter maior est omnibus, ac dignior Ecclesia, veluti sol inter minora sydera: sed est receptum, vt si quis maior subiicit se iurisdictioni alterius, possit ei, & aduersus eum ius dici, l. Est receptum, ff. de iurisdict. Leo terius accusatus à Campulo & Paschale presbyteris apud Carolum Magnum, Romæ agentem, neclum Imperatorem, suggestum publice concendit, ac Evangelia tenens iureiurando affirmauit, se omnium rerum, quæ sibi obiicerentur, insoltem esse Purgationis huius fit mentio in can. Auditum. 2. quest. 5. Leo quartus, si quid incompetenter egisset in legem seditionis, (dicebatur imperii referendi ad Constantinopolitanos cōsilia iniisse) Ludouici regis Galli Augusti iudicio voluit emendari, omnemque definire accusationis controversiam. can. Nos si incompetenter 2. q. 7. Memna, quem reverendissimum fratrem & coepiscopum Gregorius nominat; ab hoc ipso iam purgatus denuo iubetur obiectum crimen diluere coram Brunechilde Francorum Regina can. Memna. 2. quest. 5. Qua in quæstione legitur, & Sextum tertium se purgasse, apud Valentianum,

can.

Cap. I. Vtrum liceat

can. Mandatis, Cresconius quidam illustris Siculus ea in prouincia potestatem habuit, à Pelagio P^rp^a sibi datam, in Episcopos, clerum vexationibus opprimentes. *can. Illad. 10. quest. 3.* quod legis caput, ad secularem Principem scriptum glost. Interpretatur in *can. Clericum nullus. II. questio. I.* Regali prouisione quandoque sunt electi Abbat^es, Episcopi, & ipsi etiam summi Pontifices. *can. Adrianus 63. distinct. can. hinc est etiam 16. question. I.* Gregorius Rudulpho & Bertulpho ducibus scripsit, vt symoniacos, & scottatores presbyteros nullo modo reciperent, sed eos à lanetis ministeriis prohiberent in §. verum, 32. distinct. vbi annotant Interpretes, Papæ mādato, laicos posse quandoque ab officio clericos suspendere, ino & excommunicare; quod est memoria dignum. Ita res postulabant, nec violabatur diuini numinis reuerentia: status ecclesia catholica manebat illæsus, tum certe Pontificis est, ad presentem rerum statum sese accommodare, tempore pia quadam prudētia seruire. Nam Paulus omnia sese factum dicit omnibus, vt omnes Christo lucrifaceret. Glossæ sunt, quibus assentiuntur omnes, in c. *De cernimus, de iudic. in cap. Tua. I. de dei.* Papam posse caussas merè personales, aut etiam criminales clericorum, committere laicis decidendas: quibus addit *Cardinalis Zabarella in repetitione cap. Perpendimus, de sentent. ex com. cundem quoque posse omnes vnius regionis clericos subiictere Principi, & secularibus iudicibus.* Certum itaque relinquitur, Ecclesiam posse cuiilibet, in se, ac suos tradere iurisdictionem & authoritatem, tam realem, quam personalem. Clericus nullus iniurias aut voluntariis secularia iudicia subire debet: adeo ut non sit obligatorium iuramentum, quo se fori præscriptione nō visurum clericus promisit: nam, volens nolens ecclesiastico iudici subest, *cap. si diligenti, de foro competenti.* Hoc si priuato contentiu faciat: nempe iudicat inique de totius ecclesiæ consortio, quisquis illa relicta, poscit auxilium à iudicio seculari. Ex conciliis hoc Carthag. in *can. Placuit II. quest. I.* Sed si publica Papæ, vel cleri voluntate fiat, recte fit, & ordine. Videmus in Biturigibus Concilium Gallicanum Regi demandasse curam obseruandorum decretorum pragmaticæ sanctionis, in clericos contemptores coercitione permissa. Hoc illud est, quod dico, Ecclesiam, cui vult, dare de se iudicium: cuius tuu legibus viuere debet, ac iussis obtemperare. Sed & cum ferendarum legum principibus ratio perpetua est, qualis fuit Caroli Magni, ut si non nostra voluntate, certe Regis autoritate, secundum canones, & maiorum decreta viuamus, generaliter omnibus legibus illis, & quæ ac naturalibus obligantur. Et qui talibus legibus, quæ pro Dei veritate seruntur, non obtemperaret, grande sibi supplicium acquireret. Ex Augustini sententia *can. t. distinct. 9.* Obligant † in foro conscientia Regum leges iusta & rationabiles. *Felin. cap. I. ac 10. de confit.* communem hanc doctorum sententiam rationibus, & auctoritatibus diversis probat. Inter alia, ius præcipit honeste viuere, *Liusititia. ff. de iusti. & iur. id est, maiorum legibus & institutis, & cum virtute, viuere.* Ad hoc princeps, & omnis alia potestas, sibi subiecto astrin gere potest, author est Albericus in *d.l. nequa-*

quam, tunc Lex regia nō dicitur canonibus imperare: sed contraria, sancta Dei Ecclesia, leges, & Reges seculares accipit in famulatum: quod alias non raro facit, *cap. super specula. de priuile. ex 10. distin.* Situm est illud Lucii tertii, huc apposite conueniens: Sicuti leges non designantur factos canones imitari: ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuvantur, *cap. I. de operi noui nuntiat.* Contra uerap. orationes de me querent. Ecclesiæ corpus biceps esse credis? Bona verba, quælo, absit hoc monstrum. Sicuti vnum baptisma, vna fides est, vnum corpus, vnu spiritus: sic & vnum caput, & vnu omnium Dominus est, *ad Ephes. 4. sub quo & in terris etiam vnu tantum Princeps, non numero, sed secundum officium:* quum, qui sunt principes, eadem omnes agunt, iudicant, præcipiant, uno consensu, communique decreto: eadem studiorum voluntas, animorum concordia, rerum omnium communio: vulgi etiam proverbio, de pluribus vnum facit, Pro ecclesia sua patrem Christus interpellans, *Ivan. 17.* Da pater (orat) vt sint vnum, sicut & nos. Ovili suo plures Deus pastores præfecit, & populo suo Christiano, seu cutores, plures dedit principes: qui tamen omnes vnius loco numerantur; quia vnius nomine conueniunt, *l. si plures ff. de padis.* Non vnum Regem sequuntur vbiique locorum apum examina, & tamen in apibus rex vnu est; quia vnu omnium idemque animus, & vna natura. Tale est Regis & Ecclesiæ regimen, in his fluxis temporalibus rebus: Papa iubet aliquid, iubet Rex: vnu viriusque idemque iustus est, ad Dei laudem, & honorem, cui si contraria iuberent, non esset his obediendum, *can. non semper, & seq. II. quest. 3.* Pertinent huc Innocentii verba, *cap. Inquisitioni de sentent. ex com.* Præcepto Papæ non est obediendum (ait) quando vehementer † ex hoc turbatur status Ecclesia: *53* peccat enim sic obediens. Nihilo magis hoc in casu Regi patendum est, Igitur, eodem cum tendant omnes, vna cum sit omnium voluntas; et si duo non sint vnu, vnu tamen sunt. Quomodo & Aristocracia nostra ad vnu supremum redita est.

Secundum hac ratione eneruatur, quod id regulariter non liceat, nisi cum consensu superioris: at eo † accidente, permisum est, vt ex *Ivan. Ha- 54* dii verbis iam recitatis constat. Et Abbas in *cap. de cernimus, de iudicis,* ait: Quod non potest laicus habere aliquam administrationem, per quam sit supra clericos, vel habeat ius percipiendi clericis, nisi interueniat auctoritas Papæ. Et idem dicit, *in d. cap secundum circa finem.* Idem dicit Butr. in *d. c. cernimus, & in d. c. 2. de etat. & qualit. & est communis opinio, & iura in hoc apertissime loquuntur, refert Alexand. de Neuco *consil. 48. num. 6.* Vel si calus talis sit, à quo iudex ecclesiasticus † se ab 55 dicarit iurisdictionem, vt ex superioribus patet: quos quia nouissime paucis concessit Hippol. de Mars. in *tract. de bannit. in verb. iudice. n. 218.* eius verba: † quia hic multum conferunt, adiicienda: Si clericus fuerit degradatus, & traditus fuerit iudici seculari puniendus, vt in c. cum non ab homine, cum concord. extra de iudi. vel si clericus se immisceat enormibus, vt ibidem, & latissime per Henric. Boic. in c. vt fama. de sentent. ex com. vel li publice vi- 56 tam*

Brachium seculare implorare.

II

tam turpem & inhonestam ducat; vt quia est publicus iaculator, buffo, seu gagliardus, tunc etiam quod sit in sacris, post annum, ipso iure, censetur priuatus omni priuilegio clericali, vel etiam infra annum, post trianam monitionem præcedentem, ut in c. vnicō, de vita & honestate clericorum, lib. 6. Idem si temere assumat habitum, prout hodiernis temporibus saepe contingit: nam etiam si capiantur, vel percutiantur per laicos, non incurritur aliqua censura excommunicationis, vt tenuit Imola per illum textum, in cap. in audiencia de sentent. excommunicat. Idem, si iudex secularis reperiat clericum, seu deprehendat in flagranti crimen, quia potest eum capere, & per 20. horas detinere tradendum suo superiori, vt pro maiori parte videntur assentire Doctor. in d. cap. ut fama, licet Hostiens. contra: cui sententia videtur inhaerere Henric. Boic. in d. c. cum non ab homine. Archid. tamen, in cap. presbyter. 18. distinct. & Lucas de Penna post eum, in l. generali. C. de decur. lib. 10. sequitur opinionem primam, quem videtur esse consuetudine approbata: Et inter dictos casus duo sunt præcipui, & curiosè attendendi, unus est contigibilis, quando scilicet maritus inuenit clericum adulterantem cum uxore, secundum Hostien. & Henric. Boic. in cap. si vero de sentent. excommun. alius est notabilis, & prima facie mirabilis, vbi timetur de fuga debitoris clerici; quoniam creditor potest talis clericum debitorem suum capere, propria auctoritate, & ducere ad iudicem ecclesiasticum, vt singul. ponit Iohann. Andr. in nouella, & Innoc. in d. c. ut fama. Quod est singulatiter notandum ad textum in l. ait prator. § si debitorem ff. que in fraudem creditor. pro eius notabili ampliatione: & illud potest facere absque metu aliquius excommunicationis; quod singulariter nota. intellige prædicta procedere in clero, non in coniugato, quia statim omnis cognitio deuolumitur ad ecclesiasticum, per not. etiam in cap. cum C. laicus, alias in c. fin. de foro comp. lib. 6. & Petrus de Anchor. in regul. ea que, de regul. iur. lib. 6. tamen secus est in clero coniugato, de cuius clericatu opponitur: nam non eximitur immediatè, ex quo potest notorie seculati constare, an incedat in habitu & tonsura: unde de tali re notoria cognoscere potest, vt singulariter de cedit Gemin. in c. i. de cler. coniugat. lib. 6. dicens, quod de hoc vidi dubitari, quam decisionem dicit habere pro multum notabili Socin. in consil. 122. præstantissime Doctor. 2. colum. 1. volum. &c. Restringit haec magis Hieronym. Alban. consil. 13. per totum, plus debito propensus in ecclesiasticam iurisdictionem.

Tertium hoc modo deluitur: Quod hoc non procedat, si consuetudine aliter inductum sit, vel consensus iudicis adsit; quod quia notatum à me in tractat. de Commissionibus, verba illa adiicienda duxi, ex d. cap. 4. num. 3. Quia itaque haec via est exorbitans, recte petitur licentia: nam clericus non potest esse testis, sine licentia superioris. Berthach. in verbo Clerici. Guid. Pap. decision. 65. numer. 1. Crauett. consil. 2. num. 1. Roland. à Vall. consil. 24. nu. 77. & seq. lib. 1. Doctor. in tractat. de testibus. Aufser. num. 13. Lanfranc. num. 87. Alber. de Malt. cap. 5. num. 27. & seqq. Gail. lib. 1. obseruat. 100. numer. 6. per text. in cap. quanquam 12. quest. 2. & c. testimonium 11. quest. 1. Eaq; licentia facit; vt compareat. Alphons.

Aluarez. de iure & potestat. &c. cap. 36. per totum, Prosper Farinac. de opposit. contr. test. quest. 61. num. 83. vbi tamen num. 84. docet, Clericum, qui sine licentia deponit, probare. Et hoc de consensu. De consuetudine autem ita habent verba mea, d. loc. num. 9. De consuetudine potest induci, vt clericus cogatur à laico ad ferendum testimonium, per l. 3. § final. dict. tit. Guid. Pap. d. loc. Cui tamen videntur aduersari, quæ communiter Doct. tradunt: Non valere consuetudinem in clericos. Doctor. in cap. Ecclesia S. Marie. de consensu. in cap. postulati. de fo. compet. Aufser. decif. 128. Iohann. Lup. in tractat. de libertat. Eccles. Hinc & plurima parlamenta (Cameræ similia) introduxerunt, vt Clerici nolentes deponere, cogi possunt. Guid. Pap. d. decision. num. 2. Quod traditur obtinere, sive superior examinandus sit, cum, vel sine alio Clerico, nec opus esse veniam petitione, late Farinac. de opposit. contr. test. quest. 61. num. 85. Acedit hisce, quod sine indulto examinatur clericus, cum superior eius ob bellum aufugit. Ut factum in causa Wittmarschen contra Neutheim: sicuti videre licet, in Form. b. tit. form. 1. cap. 4. Illudque multo magis in Camera locum habet; cum nulla sit ecclesiastica persona, quæ vel ipsa, vel cuius superior, ratione Regaliorum, non subsit Cameræ iurisdictioni. Si ergo in aliis parere debent mandatis Cameræ Imperialis; & his consequenter, non minus, quam seculares obtemperabunt: vt in mandatis, quæ à Camera emanant, videre licet. Et confirmatur per ea, quæ egregie recenset Didac. Perez. ad tit. 2. lib. 8. fol. 33. Quod dominus temporalis, clericis aliquando a liquido mandet, & ipsius præceptis illos parere teneri. Nec his obstat, quod indultum & literas mutui compassus & equiparentur; quia illa comparatio sit tanquam ad quid, scilicet vt honos Ecclesiastici tribuatur, ne quid in dispendium priuilegiorum videatur statui: ast vbi illi haec spernunt, ne veritas occultetur, in caussis ciuilibus recte coguntur; idque vel eo nomine maxime, cum hi, non nisi in defectum aliorum, cap. quanquam, cap. super eo. de testibus. Gail. lib. 1. obseruat. 100. num. 6. parte ita pertente: vt in causa Essen contra Essen/ notatum. Et extat formul. 12. hoc tit. & sic necessitate cogente, adhibentur.

Quattuor pondus deprimitur rationibus, in endatione terræ rationis adductis, prout constat ex ipsa obiectione.

Quintum autem ex eo refutatur, quod cum consensu licet prorogare.

Sextum, vires quidem habet, verū, donec pleniora de hoc occurrant, subiicio (non tamen per omnia probans) responsionem Aluari Pelag. d. loc. ¶ Nec hoc dico (inquit is) quod clericis sit licitum, hodie causas sanguinis agitare: imo prohibitum, vt pre. c. episcopus. extra. ne cler. vel mon. sententiam, & cap. clericis, quasi per totum & extra de cap. cap. in archiepiscopatu. & l. di. clericum qui paganum, &c. miror. & in multis ibi c. & expressum 2. quest. 7. §. item cum Balaam. vers. b. ita ij. Sed vt probem quomodo ecclesia gladium habeat temporalem: sed per se non eius exercitium, vt superius satis dixi: non enim cum auctoritate occidere; vel iuste, peccatum est: immo meritum 23. quest. 4. § hinc apparet. & de occidendis. cap. miles. cap. cum minister, & cap. lex aeterna. cum alio, & nisi ecclesia hoc prohibuerit clericis,

Cap. I. Vtrum liceat

ricis, sine culpa interficerent: si potestatem haberent; vel iuste hoc facerent: sicut sacerdotes veteris legis, ut pre. §. item quum Balaam, qui qui peccat, non peccat legis auctoritate. 24. quæst. 4. qui peccat. hoc autem ecclesia ex maiori puritate, & innocentia ordinavit, vnde Dominus ad David. 1. Paralip. 22. ait: Multū sanguinem effudisti: & plurima bella bellasti, non poteris adificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. de hoc 1. quæst. 7. si quis omnem, deconfit. di. 1. cap. 1. vbi de hoc. Si enim peccatum esset iuste occidere, nunquam angelus Domini de mandato eius occidisset pro uno peccato vanæ gloriae regis David. 70. millia virorum de populo Israel, 2. Reg. vii. & 1. q. 4. §. item peccato ciuium. vers. item David. nec proper superbiā Sennacherib regis Assyriorum, 85. millia de populo suo. Esai. 37. & in multis aliis locis percussit Dominus per angelos Iudeos, & gentiles. Irregularitas † quoque non à iure diuino est, sed à canonico introducta, extra lib. 6. de sentent. excom. is qui in ecclesia.

Septimo respondet illud accipi, si de leuibus agatur. Nam ut idem Quintin. Hedu. subiicit d. cap. 27. de verb. sig. Criminis enormitas facit, ut statim † clericus degradetur, & curiae tradatur seculari. can. nec licuit. 17. dist. 3. q. 4. can. clericus. 11. q. 1. can. si quis sacerdotum. can. forte 23. q. 4. cap. Quum non ab homine sup. de iudi. Qui commeritus poenam debitam vitat, nec impositam patitur, ac sepius in crimen relabitur, vere est incorrigibilis (ut hæc obiter exponam) contumax, & rebellis, nec amplius inter Christi fideles habendus, can. si qui sunt presbyteri 81. dist. Imperatoria lex est, quæ statuit, ut remissionem venia crimina, nisi semel commissa, non habeant: indigni sunt alii, qui impunitatem veteris admitti, non emendationi potius, quam consuetudini deputarunt, l. 3. C. de episcopal. 61. audient. Enorme crimen † accipio graue, grande, magnum, quod Romanis appellatur atrox facinus. Hoc autem determinant, ac definiunt, aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri, l. Prator edixit, §. Atrox. ff. de iniur. Instit. de iniur. §. atrox. Vnde quod sit enorme crimen, vel atrox facinus, arbitrio iudicis est relictum. Propter incorrigibilitatem, & criminis atrocitatem clericus degradatus seculari curiae traditur. Crediderunt aliqui tum demum degradatum ab episcopo tradiri curiae seculari, quando iubet hunc Episcopus per suos † ad ipsum regium iudicem duci: quum traditio factum notet, nec verbotenus accipiatur, l. si rem tradi. ff. de verbis. obligat. Longe alius ritus, id est mos & consuetudo tradendi seu relinquendi secularium potestatum iudicio viros ecclesiasticos, hic describitur. Verbalis tantum fit traditio, quod ostendit hæc litera.

Octauum parum facit, Ipsos enim Apostolos, quod maius est: Ethnicos Magistratus appellasse constat, cuius rei testem D. Paulum habemus, 63. eiusque † exemplum in hisce fere terminis allegatur, ex sententia Augustini, distinct. 7. c. si adiutorium. Et ab exemplis præsertim negatiuis, nihil 64. certi inferri potest: nam multa ab Apostolis t. omissa, & facta, quæ in consequentiam argumentando, trahi non possunt, nec debent. Quibus sine dubio motus Augustinus, in specie sic huic obiect. responderet, in epistol. 50. & alibi, Aposto-

los id non fecisse; † quia nullus tunc erat Christianus Princeps, quem inuocarent: tunc enim implebatur illud Psalm. 2. Astiterunt Reges terræ, & Principes conuerterunt in unum aduersum dominum, & aduersum Christum eius: at postquam tempore Constantini cœpit illud impleri, quod sequitur in eodem Psalm. Et nunc Reges intelligite, etudimini qui iudicatis terram, leruite domino in timore, mox Ecclesia auxilium secularis brachii implorauit. Verba sunt Michael. Agiæ de Inuocatione brachii conclus. 2. in versic. Huius obiecti.

C A P. I I.

De origine inuocationis
brachij.

S V M M A R I A.

- 1 De origine an tractare liceat.
- 2 Voluptas sua quemque trahit.
- 3 Media via tutissima.
- 4 Principium cuiusque rei pars potissima est.
- 5 Finis cum habet necessariam consequentiam ad principium hoc insufficiendum est.
- 6 Origine sublata, imago non debet relinquiri.
- 7 Contradictorum qui aquisatis origine caret præscriptione non firmatur.
- 8 De origine brachii nihil certi ab Interpret. tradi.
- 9 Impp. Romani dignitates, consentiente populo ad se traxere.
- 10 Censura diuina quid sit Tertullianus.
- 11 Excommunicatio antiqua iurisdictio ecclesiastico-rum.
- 12 Origine brachii secularis iuri canonico assribitur.

AN & quatenus de origine rerum tractare licet, notatum à me, de Commissionibus. lib. 1. cap. 1. nū. 1. sequentibus verbis. Quamvis quidam rem † gemino ab ovo, primisque incunabulis ex veteribus seculis accersere superfluum, ac inane esse existiment, ita de legato loquitur Francisc. le Valier, de legat. cap. 1. Alii è contra in iam dicta legati specie rem altissime reperant, antiquasque omnes species latissime persequantur. Alb. Gent. in tractat. de legatis, in integ. lib. 1. vbi de hisce speciebus tractat. Ac in hac, quod in aliis fieri solet, partibus, accidat, quod trahat sua quemque voluntas: † Quo adductus Persius Satyr. §. vers. 53. sic ce- cinit:

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Et Horatius lib. 2. Epist. 2.

Tres mihi coniuua prope dissentire videntur,
Poscente vario, multum diuersa palato.

Verum vt sit, † ego medium, quæ solet esse, tutissima, iuxta vulgatum,

Medio tutissimus ibis.

sententiam inter has, in hoc præsenti tractatu, sequi plane statui, ita ab ovo rem incipiens, ne superflua, aut adumbrata in specie latius deducam, iurisconsultorum vestigis insistens, qui similiter de origine iuris disputant in l. 2. de origine iuris. Sic & interpres de nouis, & iure antiquo incognitis materialis scribentes originem inquirunt.

Idem pulchre postea scripta inuenio tractasse Claudio Pratum iurisconsult. Sabaud. Gno. generali iuris. lib. 3. cap. 1. hinc verbis: Ut vnaquæque tractatio omnibus suis partibus, & numeris constet, ab origine seu principio incipiatur, inquit

Caius

De origine Brachii inuocationis.

13

Caius in l. pr. de origine iuris. l. quid ergo, in princ. de his qui not. inf. 4. l. 2. §. de mino. l. si tamen sciente. Ad Mace-
don. l. Rutilia Polla. de contrahen. emption. † Ratio est,
qua cuiusque rei potissima pars principium.
Vade illi versus:

Ab Ioue principium Musa, Iouis omnia plena

Et

Dnimidum facti, qui bene capit habet.

Facit ad regulam. l. si voluntate in fine. C. de restind. vend. l. 3. §. diui fratres. de iure fisci. l. 2. l. in pupillo. de solut. !. Caesar, de publicanis l. us qui suis. §. pr. de manumiss. §. non autem. Auth. de her. falcid. can. placuit. 3. quest. 10. Hanc primatus contractus est inspiciens, ut ex eo omnis denominatio actionis sumatur. l. pr. §. idem Pomponius, & §. nō solum depositi. l. si procuratorem deder. mandat il. si filius familiari. pro so. io: ita in testimonii conditio tertium tempore lati testimonii inspicitur. l. ad testium §. pr. de testim. l. quoniam. C. de testim. cap. cum causam. & ibi gla. de testim. facit l. 2. C. de iure cod. l. si alienum. §. in extraneis. de her. instit. d. l. Rutilia de actio. emoti. l. vsumfructum. de vsu & vsufr. legat l. vn. in fin C. de impo. lu. ra. descripti. Idem in vscapionibus. l. sequitur. §. de illo l. si is qui pro emptore §. si quis bona. de vscap. Idem in stipulationibus & aliis contractibus. l. non omne. 18. 7. in fine. l. quod quis. 18. 9. l. si filius. de reg. iuris. l. si filius. de verbis. obli. l. nouissima. iudicatum solui. Idem in delictis l. pr. de penis. l. quamvis de furtis. Idem in honoribus seu muniberibus l. libertus §. præscriptio. ad mancip. l. honor. §. pr. de mun. & bon. in obligationib. l. 3. C. ad Macedo. in possessione l. 2. §. si seruus. l. fundū §. q. bona. pro emptore l. clavis. possidere de acq. poss. Atque etiam in condemnatione prior lex quæ tempore actus viguit. §. pr. & ibi notatur Auth. vt cuni de appella. cog. col. 7. Iuuat etiam, quod in favorem filiorū sufficit tempus nativitatis, non testamenti inspicere. L. G. illus §. nunc de lege Vellecia. de lib & post. Item, quod valde notabiliter scribitur à Doctoribus. Quando finis habet † necessariam consequentiam ad principium, illud inspici debere, ex l. d. anni infest. §. Sabini sententia. de damno infest. Item † abiardum est ipsa origine rei sublat. eius immagine relinqui l. pr. in princ. C. de latina lib. toll. Itēn qui status contractus † non sumptus initium ab origine & equitatis, ideo non firmatur præscrip-
tione can. sacerdotes 16. quest. 3. Et omnia regulati-
ter disponenda sunt, à quo sumpsere principium. can. vocamus 24. quest. pr. Causa & origo, non iudicis
potestas præualeat. l. qui id quod. de donat. Item in o-
mnibus rebus certum debet spectari initium, i-
temque finis, ut eviteetur confusio. Pulchra l. vetus,
cum l. seq. de tritico vino, & oleo leg.

Esi autem diligentissime h. e de re, quod præ-
sentem materiam attinet, tam apud historicos, &
patres, quam in iure canonico inquisitionem in-
stituerim, nihil tamen certi repetire licuit, nisi
quod ex citatis capitulis pateat tempore Gregor.
Ioan. VIII. Pelagi, Iudor. & celebrati concilii
Antioch. in vsu tem fuisse. Ipsam autem vocabu-
lum brachii repetit tempore Innocentii. III.

An vero sub iis c. experit me, hercle, latet. Apud
8 interpretes, † quod mitum est. cum s. se ludicra
etiam altius intelligent, ne hiū quidem mihi in-
uenire licuit: Nisi quod incidenter Michael A-
gia, cond. 2. ad Constantimum hoc refert, hisce ver-
bis: Ab exordio enim nascentia Ecclesia, præset-

tim à tempore Constantini Imperatoris, Ecclesia contra laicos inobedientes, & contra clericos resistentes exigit seculare brachium inuocare, qua in specie loquitur text. cap. petimus. c. istud. 11. quest. 1. cap. postul. sli 21. de homicid. Quia tamen sine au-
thoritate, & argumento hoc attruit, nolo pro certa indubitateq; veritate hoc lectori obrudere, cum historiam actaq; Constantini perlustrans nusquam hoc in ipsis rei gestis & Constitutionibus inuenire mihi licuerit; nisi coniecturando dicamus. Quod cū Imp. Romani, dignitates con-
lente Pop. ad se traherent, † vt Tacit de Au-
gusto 1. annal. copiose refert, illaque possessio us-
que ad Christianos Imperatores mansit inuola-
ta, deriuata fuisse, & quasi eodius serie per ma-
nus traditam, & transmissam eam iurisdictionem.
Quæ vt solidæ, & integra tota Imperatoribus, siue
magistratu seculari maneret, concesserunt cen-
suram, siue curam mortum ecclesiasticis: inde Ter-
tullianus Apologeticus de veteribus Christianis:
Ibidem inquit, etiam exhortationes, castigatio-
nes, & censura diuina: † censuram diuinam vo-
cat iurisdictionem ecclesiasticam: ea qualis anti-
quitus fuerit, statim subiicit: nam & iudicatur, in-
quit; magno cum pondere, ut apud certos, Dei
contpectu, suamque futuri iudicij præiudi-
cium est. si quis ita deliquerit, ut à communicati-
one orationis, & conuentus, & omnis sancti com-
munioni, telegetur: quibus verbis Excommunicatio
recte denotatur, † quæ sola in antiqua Eccle-
sia iurisdictione Ecclesiasticorum fuit. Nos itaque
non incommodè nunc donec alia testimonia no-
bis offerantur (quibus libenter cedemus:) origi-
nem huius ascribemus † iuri canonico: nusquam
enim in iure ciuili brachii mentio in hac signifi-
catione extat; sed reperitur h. e vox in iure can-
ton canonico, ut ex iis, quæ superiori capite no-
tata sunt appetat:

CAPUT III.

De etymologia & descriptione brachii.

SUMMĀRIA.

- 1 An Iurisconsulti grammaticis allegantur.
- 2 Verbis sua est antiquitas, & ideo de iis disputationam.
- 3 Etymologias Iurisconsulti in consideratione ha-
bent.
- 4 Ex paucis sapiens multa intelligit.
- 5 Brachii vocabuli vim pauci intellex. re.
- 6 Brachii vocabulum hic figurata sumi.
- 7 Brachii vocabulum à fortitudine est.
- 8 Confirmatur id exemplis veteris Testamenti: & no-
ti. num. 10.
- 9 Messias brachium Dei vocatur, & n. 11.
- 10 Brachii verbo Patres quomodo vsl.
- 11 Brachii verbum quomodo cholasti accipiunt.
- 12 Brachii vocabulum in quo significatu poes.
- 13 Brachii vocabulum in quo significatu poes.
- 14 Brachia poeta lunoni tribuunt.
- 15 lunoni regna ascribuntur.
- 16 Brachia extendere inermia, victoria signum fuit.
- 17 Brachium Iurisconsultis viam regiam significat, &
quid sit brachium implorare.

Cap. III. De etymologia

ET si multis docuerim quare de origine & e·
tymologia etiam Iurisconsultis agendum, lib.
I. cap. 1. de commiss. p. 1. Quia tamen idem genus ar-
gumentalis confirmavit amicus noster Anton.
Hering, in excellentiss. de fratreffor. tractatu, eius
verba, ad plenioram explicationem, adiicam.
1 Non (inquit ille cap. 2. in princip.) ignoro & prae-
ter Petrum Costalium in Parergis num. 4, multos
multos opinati disputationem Grammaticam o-
mni prorsus carete utilitate; non solum, quia, vt
Baldus in consil. 33. num. 2. vol. I. dicebat, leges no-
stræ Prisciano non subiacent: Verum etiā quia is,
qui ad Iurisconsulti alicuius titulu aspirat, id dili-
genter expendere debet, ne magis Grammati-
cum, aut quandam Græcum de schola, quam
Iurisconsultum agere videatur (quibus adde la-
cob. de Nouarrinis in enarrat. l. vn. de profess. num. 15.
Quia tamen & verbis sua, non minus quam re-
bus, est antiquitas, cuius nos quoque studiosos es-
se par est, teste Barnaba Brissonio lib. 4. antiq. c. 23.
& vt ait, Varro. Qui de verbis multa dixerit com-
mode, potius boni consulendum, quam si quid
nequierit, reprehendendum. Imo turpe est,
prius determinare velle, quam terminos intelli-
gere Ang. consil. 110. Francisc. Mantica de conjectur.
vlt. volunt. lib. I. tit. I. num. I. Idecirco, contemptis
quorundam elatis superciliis, malo, in hac re, fa-
cere, non solum, cum singulari illo Philosophiæ
lumine, Platone, qui sic in vocum originatione
laboravit, vt totum ei librum consecraret, sicut
auctor est Ioan. Goropius Becanus, in Beccafian.
lib. I. mibi pag. 7. (Græcarum vocum Etymologica
& Onomastica, silentio, vt nunc præterea) ve-
rumeriam cum Iureconsultis nostris, qui in inue-
stiganda nominum etymologia, & quæ proprieta-
tem rei ostendit, valde diligentes fuerunt, vt li-
quido apparet ex l. 1. ff. de offic. quaestor. l. 1. ff. de furtis
l. 1. §. 1. ff. de pacis. l. senatus. §. 1. ff. de donat. cum mul-
tis similibus, notatis à Ioan Bellono in libello de
argumentis legum cap. I. & à Waremundo de E-
renberg, in meditam. profæderibus cap. 3. num. 1. & a-
liquot seqq. Non; quia velim cum tædiosa nimie-
tate, verbosos cōmentarios facere, Sapiens enim
ex paucis multa intelligit, ac longitudo narratio-
nis & scripturæ, sæpe mentem inuoluit. Aretin.
consil. 83. Hieron. Gigas. consil. 34. num. 1. sed quia in-
terpretationem promittentibus inconueniens
est, omisis initis, protinus materiam ipsam tra-
ctare, l. 1. ff. de origin. iuris. Quinimo Ciceroni etiam
ipsi, in quaestib. Academicis, verborum ex-
pliatio probarunt. Vnde etiam Quintilianus Insti-
tut. lib. 12. dicit. Quod omne ius fere aut in verbo-
rum interpretatione positum sit, aut in æqui pra-
uique discrimine, sicut retulit Baptista Aymus, in
tractatu de Allusionib. lib. I. c. I. in princ. &c. Quibus
adde luculentissimum de hac re institutum dis-
cursum Pauli Prati Iurisconsulti Saubaud. in Gno-
generali iuriis lib. 2. tit. 4. cap. I. per totum, vbi plura
notatu digna, cum fructu inuenies. Quæ omnia
in hac nostra materia vel eo magis obtinent.
Quia hoc in tractatu, (vt utr. verbis Gabrielii Ca-
tiani Brixiani in Syntagma de eo quod interest, c. I. in fin.)
5 Huius vocis est multiplex potestas: & nam quid
hoc in tractatu valeat multi non intellexerunt,
nemo perfecte; itaque ante omnia huius nomi-
nis vis explicanda.

Illud itaque principio sciendum, metaphorici
cos aut per allegoriam potius, & brachii nomen 6
hic usurpari pro Imperio, & potestate; ne quis
hic mihi brachium carnale & ossium suntaxat i-
maginetur. Est autem eius vocis usus Ebraicus,
minus usitatus Romanis scriptoribus. Isidorus
orig. li. 12. c. 1. Brachia à fortitudine nominata: 7
qd enim Græce, græce, & forte significat. Et ita
sacra scriptura hoc vocabulo utitur, in veteri &
novo Testamento, locis pene infinitis; quo-
rum, ne omnia hic referam, illustriora propo-
nam. In veteri illustrissimum est Exod. 15. vbi 8
Deus Brachio suo vires potentissimi Pharao-
nis dicitur constringere, quo nihil dici potest
fortius, quam brachio extenso Regem adeo po-
tentem constringere, & humi prostertere: vn-
de & ad potentiam hanc explicandam versic. 16.
brachii magnitudo appellatur. Hinc & in 9
eodem Testamento Messias, quo nullus est for-
tior, Brachium Domini, vocatur. Esaias cap.
53. versic. 1. & 52. versic. 10. Paravit Dominus bra-
chium sanctum suum in oculis omnium gen-
tium q. d. Messiam in conterendis hostibus no-
stris spiritualibus præstirum brachio suo ~~u~~-
cos, quod vel robur, vel potentiam, vel forte-
clarum & insigne facinus significat. Nec in 10
novo Testamento desunt testimonia: Exellen-
tissimum autem Luc. I. versic. 51. & seq. vbi ex-
presse demonstratur per quam potens brachium
Christi: Præstitit robur per brachium suum;
dispersit superbos, detraxit potentes de sedi-
bus, &c. Et ibi Theophilactus in edit. Basil. fol.
81. vers. fecit. & brachium patris, filium vocat; II
addens hæc verba: Fecit igitur robur, & virtu-
tem, & potentiam contra naturam Deus in filio
suo; declarat etiam, quam fortes hostes fugari
hoc brachio, dispersit, & depositus superbos dæ-
mones: Scholastici & etiam brachium pro excel-
lenti fortitudine utuntur; vt videre est apud
Thomam Aquinatem qui I. questio prima, capit.
10. dicit: Brachium potentiam operatiuam signi-
ficare.

Sic videmus poetas & vim brachiis tribuere 13
~~z~~ar' ἔξοχον, vt ex sequenti Virgilii versu colli-
gitur:

III inter se magna vi brachia tollunt.

Et Iuuenalis (quamvis non ita apposite ad no-
strum propositum Satyr. 4.

Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem.

Vnde & poetæ & brachia in corpore humano tri-
buunt Iunoni; Falgentius lib. 3. ex Democriti Physio-
gnomen: quo significare voluerunt, illis qui Rei.
publ. regnisque præsunt, potestatem & ius co-
ercendi, puniendi, imperandi esse; Idem
enim poetæ Iunoni ascribunt regna, & præsi-
dem regorum constituunt: Vergilius I. AE-
neid. Ouidius Metamorphoseon libro 3. Apuleius
Milesiarum libro 10. vnde & regia Iuno in Tra-
gædia Agamemnonis, apud Senecam; inde &
Phoroneus, qui primus arma illi consecit, re-
gnâdi potestatem habuit. Higinus in fabulis c. 174.
idem etiam Numen Iunonis, & Deæ matris, quam
turritam pingunt; vnde & Seneca Agamemnone,
turritam parentem, vocat, quod viriū sit præse.
Ideoq; sceptra illi tribuunt & arma, q; iubeat, &
coer-

De diuisione brachii.

15

- coerceat, & Deo matris currum trahi fingunt à iugatis leonibus; quod dominum, & subiugatam potentiam notat Fulgentius lib. 2. & 3. Mythologiarum. Hinc cum vires deminutas denotare volunt, 16 brachia inerma ostendere solent. † Sic apud Gallos, & Hispanos, pro victoria fuisse brachia, & manus inermes extendere refert Alexand. ab Alex. Genialium dierum lib. 4. cap. 7. pag. 472. in edit. 17 Francfurt. Implorare ergo brachium † iudicis, idem est, quasi rogare, ut adiuuet exequi rite à se latam sententiam, manu & via regia; hoc est absolute potestate; ita verbo hoc brachio vtratur nostri iuris interpretes, prout videre est apud Canalean. in tract. singulari de brachio regio, per totum, maxime part. 1.

C A P V T IV. De diuisione brachii.

S U M M A R I A.

- 1 Brachium duplex, seculare, & ecclesiasticum.
- 2 In quibus conueniunt.
- 3 Germanorum opiniones.
- 4 Camera Imperialis, per literas mutui compassus, agit apud ecclesiasticos.
- 5 Hispanorum sententiae.
- 6 Laici si obediunt presidi nolunt, ab Episcopo debent excommunicari.
- 7 Iudex debet vitare prescripnum alterius iudicis.
- 8 Officialis, si non habet satis virium, pro capiendo, alium in auxilium vocare potest.
- 9 Merum imperium habens, si locus desit, in loco vicino potest exercere actum.
- 10 Malefactores stipendiis Regis capiendi.
- 11 Episcopus tenetur obediere literis potestatis.
- 12 Iudex secularis quomodo cum excommunicatis ab Episcopo agere debeat.
- 13 Italorum opinio.
- 14 Argumentandi Cannonistarum genus quomodo describatur à Bertrando d' Argentre.
- 15 Differentia inter secularem, & Ecclesiasticum à canonis. Ital. & Hispanus tradita, quasi cogi secularis, non ecclesiasticus, posse.
- 16 Distinctio alierum, inter coactuum, & voluntariam obedientiam.
- 17 Tertia distinctio, quasi ecclesiasticus seculari non teneatur ostendere acta: sed bene contra.
- 18 Refutantur dicta distinctiones, & eos in iudicialibus praesertim pars esse docetur.
- 19 Canoniste forum conscientia pro se allegant, & ideo tenentur dicto: quod tibi vis fieri alterifac.
- 20 Obligatio est mater actionis.

C ANONISTAE vulgo tradunt, duplex esse brachium; ecclesiasticum, & seculare. Colman. Guinicijer, in pragmat. sancti. Basili. & Bituricens. tit. de collat. fol. mihi 85. in verbo, Brachii, & Ds. omnes supra cap. 1. allegati; ecclesiasticumque vocant dextrum, seculare sinistrum, † Guinicijer. d. loc. quorum illud tum competit, cum ecclesiasticus lecularem; hoc vero, cum secularis ecclesiasticum iudicem, aut magistratum, pro executione, interpellat. An autem illud regulis utrumque consistat, scire necesse est. Et ex natura † correlacionum idem in utroque dicendum videtur, prout

ex rationibus diuersarum nationum Iurisconsultorum patet.

Inter Germanos refero, verba. † Græxai conclus. 1. 5. num. 14. Quemadmodum igitur inquit: laicus in auxilium exequenda sententia imploratur; ita è contra, ex eadem iuris ratione, inconveniens non est, ut Ecclesiasticus, suppetias ferat iudici laico; atque proinde eius sententiam exequatur; ita clare, & nuncupatim docet Ioan. Bapt. Asin. in prax. Flor. S. 31. capitulo secundo, circa med. vers. vbi idem, & è contrario. † Sic & in Camera Imperiali per literas compassus requiri ecclesiasticos iudices, ut bannum ecclesiastica censura constringant, scribit Barth. Blarer. in l. difamari. capite 11. sub numero 21. C. de ingen. & manuiss.

Hispanoruſ † addo notata sc. F. Michael. Agiæ 5 conclus. 7. tenentur inquit, hæ duæ potestates se mutuo iuicare allegans Ianocent. in cap. 1. de offic. ordinari. quem omnes communiter sequuntur: iuxta text. Authent. sed hodie C. ad l. Iuliam de adulter. & facit text. in cap. dilecto. de sentent. excom. in 6. & tradit Socin. in cap. cum sit generale, de foro. comp. numer. 24.

Et non minus accurate eiusdem nationis, Auleas cap. 20. Prator. nu. 17. & seqq. Iudex ecclesiasticus tenetur iuicare secularem, & suam sententiam mandare executioni: & hoc debet facere, non obediendo, sed patrocinando, & foriendo jurisdictionem temporalem, in licitis, & honestis: vt tenet Bald. in d. c. 1. de offici. ordi. 1. col. vers. quarto. cum Innoc. & facit text. in c. 1. de exceptio. lib. 6. † & si laici nolunt obediere suo presidi, episcopus requisitus, potest, & debet eos excommunicare; sicut secularis contra inobedientes Episcopo, potest multam, vel bannum indicere: quia istæ duæ iustificationes sunt inuicem colligatae, & confederatae: † & ideo unus iudex debet vitare proscriptum alterius; sicut dicit lex; quod si duæ ciuitates sunt ad inuicem confederatae, una debet vitare proscriptum alterius; & si proscriptus non vult obediere, debet punire de inobedientia, vt in l. nen. du. b. ff. de capt. & per Bart. in l. à diuino Pio. §. 1. ff. dere iudi. prout ad literam tenet Bald. in d. cap. 1. num. 14. Et si idem dic; quod si pro capiendo malefactore officialis non habet sufficientem familiam, potest implorare brachium alterius iudicis; vt tenet Angel. in l. secund. C. de his qui latrones. & Ioan. de Plat. in l. fiscalib. C. de exacto. tribut. lib. 10. Et idem Ioan. de Plate. in l. tanti collaterales. §. eos licet. C. de re milit. lib. 12. vbi iudex non habens officiales in sua iudicatura, potest recipere de loco proximiiori alterius iudicis pro suis executionib. faciendis. arg. l. diu. ff. de tutori. & cura. dat. ab hiis. Quinimo dicit, † quod si habens metum imperium non habeat locum ad id exercendum, potest in loco viciniori illud exercere; quod est notandum. Et ibi quoque tenet; quod Officiales, & Potestates, tam ciuiles, quam ecclesiastici, debent se inuicem iuicare; & unus potest implorare brachium alterius, vt in l. episcopale. C. de episcop. audient. text. in cap. vnico de statu regul. in 6. & in cap. dilecto. de sentent. excom. in 6. Tamen si Rex, vel eius magistratus vult capere maleficos, & latrones, non potest ad hoc cogere sibi subditos, maxime homines ciuitatum, quia † stipendiis Regis sunt male-

- fici capiendi; nā ideo habet tributa, & Regni redditus, & prouentus Regni, vt Regnū seruet, absque subditorum grauamine & iustitiam faciat. vt Andr. de Iserni in lib. feudo. in titul. de statu, & consue. §. nauigia. & tenet Lucas de Pen. in l. 1. C. vt rustici, ad null. obsequi. col. 7. lib. 11. Et facit quod tenet Bald. in c. licet vndeique de offic. delega. vlti. col. quod sequitur Iason in l. à diuino Pio. §. sententia. ff. de re iud. nu. 8. t̄ quod Episcopus tenetur obedire literis potestatis ei scribentis, & habentis temporalem iurisdictionem; quia hoc facit auctoritate legis: ad quod dicit, esse gloss. notab. in l. ex ea. ff. depositi. & si non facit, punietur per Archiepiscopiam: quod dicit esse notandum. & vide Bald. in d. l. ex ea causa. num. 2. Facit, quod tenet Par. de Put. in tract. de syndic. in parte: brachium officialis. fol. 64. Vbi ait: quod secularis teneatur exequi sententiam iudicis ecclesiastici per gloss. in l. episcopal. dis. gitas. C. de episcop. & cler. & in d. c. 1. de offic. ord. & 12. Ioan. de Plat. vbi supra. tamen iudex secularis t̄ non tenetur exbannire excommunicatos ab Episcopo, licet debeat eos vitare: tenet Iason in d. l. à Diuino Pio. in d. §. sententia. num. 10. præter hos Hispanos, si quis vltiori desideret, addat tertium. Seguram de Auiles in direct. iud. part. 2. cap. 13. num. 30. & seqq.
13. Inter Italos t̄ refero, Anchoran. d. loc. Host. inquit: concludit, quod secularis debeat proscribere & bannire excommunicatos ab ecclesiastico: & è contrā ecclesiasticus debet excommunicare proscriptos & bannitos, à iudice seculari, ad requisitionem ipsius 11. quaff. 3. c. qui resilit, & vere: dicit ipse: necessaria est potentia secularis Ecclesie: & ipsa potentia secularis indiget scientia Ecclesie remitt. Host. ad summam, de treuga & pac. §. quod sit iustum bellum, vers. quid de comitibus. Et subiungit: Quæro, dicitur hic quod Episcopus, cum opus fuerit, potest inuocare brachium secularis: sed quid è contra: an secularis poterit inuocare brachium spirituale. gloss. pen. tenet quod sic: quia una potestas per alteram adiuuatur, vt 7. de ope. no. 20. c. 1. 96. d. sum ad verum, & c. duo sunt. & 10. d. si in adiutorium & c. seq. & in Lombarda, vt Episcopi & Comites sibi inuicem auxilium dent, in rubro, & nigro.
- Hec tamen minus Canonistas mouent, quin contrarium tutare conati sunt, hoc præcipue fundamento: quod clerici sunt maiores laicis t̄ quæ voces (vt utar verbis Bertrandi d' Argentre, V.C. Rhed. in tit. iuris Britannici, de donat. n. 318.) simpliciter despicientur sunt: quod similibus demonstrat hisce verbis: Multa inquit hic scriptores scholastici argutantur, de similitudine matrimonii carnalis & spiritualis ineptissime, & res vsu, & fine dissimilimas coniungunt, comparatione inutili, & ἀμέρητω; sic effecturi, vt Imperator Constantinus, veluti frater ecclesie Romanæ, dotem iure dedisse videatur: imo & ex lege debuerit, quia scilicet frater sororem dotare teneatur, id est imperium ecclesiam. Atque ecclesiam matrem potius, inter factios titulos, audieramus appellari. Quærendū igitur potius de matre fuerat: an filius eam dotare teneretur: quorum sententias misero labore collegit Boer. decis. 12. 6. Has ego nugas, & infantissimas argutationes fuisse qui probarent, non miror, cum eosdem in l. 1. ff. de

reb. red. colligere video: Doctores veteres atxefērendos nouis: quia vinū vetus excellat nouo, &c.

Ne tamen generalitas illa ficeret scrupulum iudici seculari, ad denegandum auxilium ecclesiastico, varie distinxerunt.

Primo, aliqui statuunt t̄ secularis cogi posse, 15
vt præster auxilium: ecclesiasticum non item.

Inter Italos refero Innocent. & qui eum sequitur Anchoran. d. loc. num. 5. Idemque, post Alciatum, & Vestrium, tradit ex com. Zoarcz lit. E. numer. 21.

Inter Hispanos, Agiā, qui putat q̄ ecclesiasticus compellere possit secularis centuris, ad exhibendum sibi auxilium, c. 2. de maled. at vero secularis compellere non possit ecclesiasticum, sed eius superiori adire teneatur, atque ab eo humiliiter petere, vt iudicem ecclesiasticum inferiorem cogat, ad præstandum sibi auxilium, pro sua sententia executione, secundum Innocent. Panormir. & Alciat. num. 2. 6. & num. 123. in cap. 1. de offic. ordin.

Alii qui secundū locū sibi vēdican, cū naturam correlatiuorū huic maxime obstat cernerent, distinxerunt inter t̄ obedientiam ecclesiasticam coactiūam, & voluntariam: prout, inter Italos, eius opinionis est Bald. qui hoc ita effert in c. 1. num. 10. de off. ord. Quæro cum Innoc. vtrum secularis potest possit mandare Episcopo, vt iuuet eum in executione facienda? Respondeo, non; sed econtraf. Innoc. cuius dictum dicit intelligi in mandato arctatio, bene tamen facit Episcopus, non tanquam obediendo, sed tanquam patrocinando, fouens iurisdictionem temporalem in licitis & honestis, & adde quod habet cap. 1. de except. lib. 6.

Inter Hispanos idem defendit Auiles d. c. 20. num. 21. inquiens, Ecclesiasticus potest compellere secularis, si non vult sibi impendere auxilium, sed non econtra, glo. in c. 1. & ibi Abb. de offic. ordi. n. 11. quia secularis non potest compellere ecclesiasticū, qui maior est eo. facit c. qualiter. de iudi. & c. legitimus. in fine, 93. distinct. Sed iudex ecclesiasticus compellitur per suum superiorēm ecclesiasticum. vt in c. 2. de except. in 6. Et licet possit secularis cogi per ecclesiasticum, non intelligas per quemlibet ecclesiasticum, sed per suum ordinariū vt in d. c. 2. cui subest ratione peccati: quia si ecclesiasticus inuocat brachium secularis, qui nō est de sua diœcesi, non poterit nō parentem compellere: quia est extra territorium c. 2. de constitut. in 6. l. fin. ff. de iuriū omn. iud. sed implorabit auxilium diœcesani, cui subest ille secularis, & ille compellet secularis. vt Cardi. in d. c. primo. & Barb. ibi 33. & 34. sol. Tamen idem Auiles, n. 17. dicit, hoc eum patrocinando, & fouendo iurisdictionem temporalem facere.

Nonnulli civili magistratui minus fauentes; differentiam statuunt, in eo, quod eclesiasticus 17 nō teneatur ostendere acta, vt secularis. De posteriore infra pluribus, vbi de modo pcedēdi agemus.

Hanc distinctionem inter Italos, notat Anchoran. d. loc. num. 5. de off. ordi. Quia ait secularis non habet examinare processum ecclesiastici: Ecclesiasticus vero, nunquam ad petitionem secularis excommunicabit, nisi ex causa rationabili, & seruata forma canonica. de sent. excem. sacro. & sap. cum medicinali.

Inter Hispanos Agia, conclus. 7. Secularis tene-
tur iuuare ecclesiasticum, non ostensa illi iustitia
seu étie. At vero ecclesiasticus nō tenetur suis cé-
sus iuuare secularé, nisi præmissa prius canonica
monitione, secundū eundem, Innoc. & monita
prius, & audita parte, vt si quid allegare voluerit,
secundum Imol. ibid. col. 5. Et hæ sunt canonista-
rum distinctiones.

Quicquid vero sit: illud certum est, has distin-
ctiones omnes non fundamento super allegato
niti. † Quo euerso, omnia corruunt. Subuertunt
illud ipsi canonistæ: sic enim in c.i.num. 11. ait Pa-
normitan. ex mente Innocent. (in quo tamen o-
mnes fundamentum ponunt:) Nam iudex secu-
laris non est inferior, maxime in processu, sed par-
iudici ecclesiastico, secundum eum, &c. De quo
videantur, post alia, notata ab Ernberg. in verisimi-
libus cap. 1. Et idipsum obseruatum à Dominis Af-
fessoribus Cameræ Imperial. in causa Braun-
schweig contra Hildesheim Episcopum.

Sed dato, non concessio, esse superiorem: an
non ergo cogi poterit? & videtur, quod non: quia
inferior superiorem non cogit? Sistite parumper
gressum Canonistæ; Ex foro conscientiæ (quod
vobis præcipuum est:) fercula proponam, aut
potius huic vestro morbo, vel vulneri, conscienc-
iæ emplastro, medebor. Primo cogitate, a Chri-
sto domino prolatum: † Quæcunque vultis vt
homines vobis faciant, idem vos illis facitote
Matthe. 7. vers. 12. Quod & vos ipsi, vestrique Cori-
phæ, Hostiens. sc. in præmio, summæ in hos ver-
siculos redegêre:

*Quod tibi viuere, alteri fac: quod non tibi, noli.
Sic pores in terris viuere iure poli.*

Secundo, attendite quælo exercitatissimum
Gallia Iurisconsultum; quomodo hunc nodum
soluat; vbi de superiori qui cogi non possit, agit,
& dicit, de pœnis: Rebuff. puto, cuius rationes re-
latæ referentur à me cap. sequenti, nu. 15. & seqq.

Tertio animaduertant lectors & hoc, quod i-
psi Canonistæ dicunt: illos teneri iuuare, sed non
posse cogi: quasi non omnis qui obligatur, actio-
ni, † & per consequens, executioni subsit. Obliga-
tio enim est mater actionis; nec scio an defendi
possit aliquem firmiter obligari, & tamen contra
eum agi non posse: frustranea enim talis esset ob-
ligatio. Statut ergo huic regula, donec se natura
liter duntaxat obligari ecclesiastici canonistæ, ex
rationibus iuris communis, quod difficulter
fiet, edoceat. Addantur his quæ notauit. c. seq. n. 28.

C A P V T V .

De brachii affinibus, eorumque diffe- rentiis a brachio.

S U M M A R I A .

- 1 Similia non discernere, inscitiam sapit.
- 2 A similitudine duenda in hoc tractatu argumenta:
& ea de iure valida esse, & nu. 3. & 7.
- 3 Delicta paria, mutua compensatione, tolluntur.
- 4 A simili argumenta probabilitas sunt.
- 5 In symboli Xantibus facilis est transitus.
- 6 In equipollentibus eadem iura seruantur.
- 7 Ratio vbi eadem, ibi idem ius.
- 8 Literæ mutui compassus primum affine. & ita bar-
bare dicti, alias, rogatorialis, subsidiales, &c.

- 10 Literæ mutui compassus quando locum habeant.
- 11 Sententia per iudicem alterius iurisdictionis lata,
nulla est.
- 12 Iudex non imploratus non imparitur officium.
- 13 Literæ mutui compassus laicus contra laicum: & ec-
clesiasticus contra ecclesiasticum virtutur.
- 14 Literæ compassus quomodo differant ab inuocatione
brachii.
- 15 In literis iurius subsidiarius causa cognitione requiritur.
- 16 De pœnis iudicem non parentibus iurius subsidia-
ribus.
- 17 Quod quicq; iurius in aliud statuit, eo & uti debet.
- 18 Periurus est iudex qui non facit iustitiam, & ren-
tur ad interesse. num. 19.
- 20 Repressalia conceduntur cum iustitia denegatur.
- 21 Iudex negligenter iustitiam administrans facit litem
suam.
- 22 Pro citato habetur qui impedit que minus cite-
tur.
- 23 Princeps ex qualibet provincia citat.
- 24 Delegato per edictum citare vetitum.
- 25 Edictales contra absentes locum habent.
- 26 Executio ab alio facienda iudice si pronuntiauerit
secundum leges, non secundum statuta.
- 27 Indultum, alterum affine brachii, & quomodo inter
se differant. num. 28.
- 28 In indulto liberum est commissario exhibere commis-
sionem.
- 29 In indulto an ecclesiasticus cogi possit.
- 30 Clerici exempti sunt à potestate laicorum.
- 31 Consuetudo an valat: vt clericus à laico cogi possit
ferre testimonium.
- 32 Tertiū affine: remissio in ciuilibus, & quomodo dif-
ferat. num. 34.
- 33 Quartum affine, remissio in delictis: & vnderemissio
illa originem habeat.
- 34 Quomodo à brachio differat; & remissionem esse vo-
luntais.
- 35 Remissiones in Germania, non, nisi sub reuersalibus,
sunt.
- 36 Remissio in leuioribus non haber locum.
- 37 Remissio causa cognitionem desiderat.
- 38 Quintum affine: apprehensio in alterius territorio;
& quibus casibus locum habeat; & quomodo ab
hoc differat.
- 39 Sextum affine: executionis ordinarium remedium.
- 40 Index, cuim brachium imploratur, non est nudus exec-
utor.
- 41 Executores mixti qui sunt, & quos attul exer-
cent.
- 42 Iudex secularis quid in inuocationis actu exequen-
do faciat.
- 43 Septimo affinia sunt mandata executorialia, at
executores contra bannitos ordinandes: & in quo
differant. nu. 46.

QVIA, vt in primo capite annotatū, bracchium
inuocandi remedium, ex aliis affinibus ori-
ginem duxit, multa in hac materia occurrentia
dubia decidēta veniūt, & necessario hic illa, adie-
cis differentiis, annotanda. † Idque primo, ne
inscitiam sapiat, similia siue cognata non discernere,
& similia pro iisdē, & alia pro aliis accipere;
vel vt Arnobius lib. I. aduers. gent. mihi pag. 477. lo-
quitur; Dissimilia copulare, atque in unam spe-
ciem cogere, inducta confusione, conari: ver-
ba sunt Heringii, de sive iuss. cap. 18. num. 1. Idque
secundo

secundo hic ideo magis obtinet, diligentiusque
2 faciendum est, † quo tutius, argumentando à si-
militudine, vel cognatione, ad decisionem occur-
rentium controveneriarum, deuenire liceat. Nam
3 valet, & sumitur plerumque argumentum † à si-
mili l non possunt. de legib. §. pr. Institut. de legit. pas. tut.
l. vlt. C. ad leg. Falcid. l. quisquis mibi heres, de leg. 3. can.
placuit pr. quest. pr. cap. maiores. §. verum quidam. de
celeb. miss. cap. excommunicatus. §. credentes, de heret.
can. qui viderit. 32. q. 5. cap. inter corporalia, de transl.
epi cap. recolentes. de statu monachorum. Vnde Iustin.
Imper. in l. pr. vers. tollensis. C. de Iustin. Cod. confir. si-
milia. inquit, non esse aspernanda, quibus eadem
fere sanciendo diuisio iuris aliqua denotatur. Hanc
regulam late explicant Bernad. Diaz. reg. 52. & So-
cyn. reg. 48. Aequitas paribus in casibus paria iura
desiderat, vt Cicero in Topicis. Facit can. scire. & ca.
sequens, dist. 76. & can. in scripturis, dist. 96. Iuuat et-
4 iam † quod dicitur: paria delicta, vel alia facta, mu-
tua cōpensatione dissolui. l. viro. solut. matri. Quoad
videlicet interesse priuatorum, non autem, vt pē-
na iis omnino & vindicta publica remittatur. l. si
vxor. §. index. ad legem Iuliam. de adulter. cap. intellexi-
mus. de adulter. & stupro. Non videtur quoque Iesus
qui & quale, siue simile commodum percipit. l. si
pater puelle. C. de inoffic. testim. Nihil autem interest,
an aliquid fiat, aut eius simile l. vlt. mandat. l. vlt. C.
si mancipium ita fuerit alien. l. idemque pro socio. Atque
de simili ad simile procedendum est, quando ea-
dem est ratio & qualitas in utroque; secus autem
non; vt eleganter distinguitur, cum multis iurib.
hinc inde allegatis, ab Azone Rub. 29. Quo fit, vt
5 probabile sit tantum hoc argumentū: Nam pro-
pria diuersitatis ratione statim evanescit. l. inter si-
pulantem. §. sacram. de verbor. obligat. Soluitur simile
per dissimile. cap. per venerabilem. qui filii sint legitimi.
Item similiū non est eadem ratio, neq; iudicium,
quando dissimilitudo assignatur. Felinus in cap. pr.
de sponsal. latius hoc tractat cum authorū allega-
tione Medicus, reg. 5. fallit quoq; regula, in pē-
nis. §. pēna de pēni. dist. pr. c. capitulum. de rescript. Nec
sufficit similia verba dicere l. si endum. §. vlti de ver-
bor. obligat. Mutatur enim effectus rei, licet alia
verba apponantur, quæ similem videntur habere
significationem; vt late, cum multis iuribus, &
distinctionibus, explicat idem Azo supradicta rub.
Hinc nascitur alia trita, apud brocardicos, subre-
6 gula: † In symbolizantibus facilem esse transiūm,
l. in rem. §. item quacunque. de rei vindicat. si accepto la-
sum. de acceptil. l. sed cum patrono de bono poss. Concor-
dat Philosopher lib. 2. de gener. & corrup. & c. pr. circa
medium; de farca vñctione. Quæ tamen fallit, quando
in fauorem dissimilitudo vergit, puta mulieris, l. si
cum dotem. sol. matri. Huc pertinet alia notabilis re-
gula, quæ copiosissime tractatur à Doctotoribus; de
qua tamen pauca, scitu necessaria, dicimus: Quod
obtinet in uno casu extenditur ad alios ipsi simi-
les. l. Gallus §. & quid sit tantum. l. si ita scriptum l. Titius
§. pri de liber. & posth. l. 3. C. de here. in fit. l. iam hoc iu-
re de vulgari. l. tale pæctum. de pæctu l. fin. C. de posthum.
her. inst. l. mulier. ad Trebell. facit glo. l. finalis, in l. si
quis seruo. C. de furtis l. vt tantum §. pr. & ferro corrupto.
l. pr. C. de cupressis lib. 10. l. vn. §. & vt plenius. C. de rei
vxor. act. c. qui ad agendum. de pr. ur. in 6.

7 Tertio quoque est regula; † quod in equipol-
lentibus eadem omnino iura seruentur. l. illud. ad

legem Aquil. l. vlt. C. ad l. Falcid. Nec refert, quid ex e-
quipollentibus fiat, l. si ita esset, quando dies legat. cod.
l. fideicommissa §. si cui ita. de legat. 3. l. fin. C. de donat.
que sub modo. Nec, si quid fiat, aut prop̄ illud fiat,
dummodo eundem inducant effectum. l. apud. §. si
ques. de doli except. l. tutor. §. cum quidam. ad Velleia. l.
inſiciando. de furtis l. si filium. C. de tutela. Tractat la-
tius Azo, in rub. 59. Ratio desumitur ex cap. 2. supra
proximitat. † Vbi est eadem ratio, idem ius statui-
tur. Fallit autem regula: si alia diuersitatis subsit. l. à
Tito. & ibi gloss de verbor. obligat. l. fin. de clavis. l. fin. de
constitut. pecun. l. non solum de ritu nupt. §. veniens. Au-
tent. de iupt. §. pr. de allodis, in vñib. feud. Hanc regu-
lam latius declarat Donat. Fine, lib. 5. Prat. in gnos.
lib. 2. tit. 6. cap. 1. & 2.

Sunt autem hæc affinia.

Primo, literæ, † quas barbaro vocabulo, teste
Zaf. in l. vnic. nu. 19. ff. si quis ius dicenti. nos Germani.
Secundum Radulphum Fornerium, rerum quo-
tidianar. cap. 12. munui Compellus vocamus quæ &
rogatoriales, vel iuris subsidiales; vt notauit. in tra-
ctatu de commiss. par. 1. lib. 5. p. 1. c. 4. nu. 16. 17. dicuntur
Fornerius d. loc. commissione in rogatorialem no-
minat. Dicitur autem ea literæ tunc potissimum,
cum res, in qua executio facienda est, in alterius
iurisdictione † seu territorio sita est: tunc enim
index eius loci, vt exequatur, à iudice latæ senten-
tia requiri debet. Bartol. & Ias. in d. l. à diuino Pio. §.
sententia l. cum quadam. vbi gloss ff. de iurisdiction. l. 1. ff.
de offic. consil. Mynsing. centur. 3. obseruat. 68. Et hoc
sicut debet per literas requisitorias: ac iudex iste
requisitus, alterius iudicis sententiam exequi de-
bet, in bonis, quæ sua iurisdictioni subiecta sunt.
Bartol. in d. l. à diuino Pio. §. 1. per l. 1. ff. de offic. consul. &
l. properandum §. sin autem reus. C. de iudic. cap. Romana
§. contrahentes, de foro competent. in 6. gloss. in l. cum
quadam in princip. in verbo generaliter ff. de iurisdiction.
omnium iudic. Et dicit ibi Baldus, post Cynum, ita
fuisse obtentum Florentiæ, quod executio senten-
tia, † per iudicem alterius iurisdictionis facta, II
nulla fuerit; eo quod non habuerit literas eius-
modi imploratorias, seu requisitorias iudicis latæ
sententia. Ratio: quoniam nemo de alieno pro-
cessu, nisi requisitus, se intromittere potest, aut
debet. † Cum alias iudex suum officium, nisi po-
stulatum, non impetrat, text. in l. 4. §. hec au-
tem ff. de damn. infect. Mynsing. d. obseruat. 68. Is-
que non solum laicus erga laicum, † sed etiam ec-
clesiasticus erga ecclesiasticum vtititur: quod
comprobat sequentibus Rebuff. de lit. requis. in
princip. num. 19. capitul. Romana. §. contrahentes. de foro
competent. Quandoque iudex ecclesiasticus requi-
rit eundem ecclesiasticum: vt quando quis est hic
excommunicatus, officialis huius ciuitatis, rogat
officiale Tholosanum, vt talem denunciet ex-
communitatum ibidem, vel citer, ratione contra-
etus hie facti, & vocatur: rogatum: in quo solent
apponi hæc verba: in iuris subsidium requiriāmus,
& rogamus.

Differunt † autem ab hoc nostro primo: quod
brachium seculare, vel ecclesiasticum inuocatur
in executiuis plerumque: hoc vero, in omnibus
fere punctis, etiam levioribus: vt pote testium ex-
aminationibus, instrumentorum transumptio-
nibus, & executionibus.

Secundo, differunt: quod brachii in uocatio
d. R. in.

distinguat inter causas; ut infra pluribus docetur; hic vero nulla est differentia causarum.

- Tertio; quod in invocatione brachii, multis casibus, opus est ostensione sententiae, & actorum exhibitione, causatum examinatione, de quibus infra: quod hic non requiritur, teste Hostiens.
 15 Caualcan. de invocatione brachii p. 4. n. 269. † Iudex laicus, qui sententiam criminalem tulit, requirit per literas subsidiales alterum iudicem laicalem sub eodem principe, ut suam sententiam exequatur; tunc tenetur, sine alia causa cognitione, exequi, nisi notorie, vel etiudenter de iniustitia constet, Farinac. q. 7. n. 53. & seq. Clar. q. 5. 4. ver. sed pone, & quest. 9. 6. var. resolut. c. 1. n. 10. Afin. in præf. §. 3. 1. cap. 17. in fin. Böll. tit. de senten. n. 11. 4. & seq. & in tit. de fato compet. vide etiam pract. Papi. in form. libell. fol. poss. gloss. 1. col. 3. circ. med. et si iudex requisitus parere nolit, potest à superiori cogi, porrecta querela, Ias. & alii d. l. à diuino Pio, §. sententiam Roma, n. 19. ff. de re iud. Carpa. multa in propos. accumulat super statu. c. 158 fol. 218. n. 15. & usque ad fin. d. capit. Sed in causis ciuilibus recurrentum est ad D. Menoch. de arbi. d. q. 3. 8. Boer. sing. in verbo executio. n. 17. Didac. Couat. var. resol. lib. 1. c. 1.

- Quarto, quod in invocatione brachii, iudex non adigitur remediis iuris penalibus, de quibus capite vii. In his autem, aliis remediis, non tamen ita rigorosis, proceditur; quod sic querendo euoluit Rebuff. in tractat. de liter. requisitor. num. 9. gloss. 2.
 16 Quæro; † si magistratus requisitus, ad literas requirētis nolit exequi, an puniēdus sit; & qua pena; vel an cogendus sit. Respondeo; quod requisitus primo peccat recusando; quia non implet legem Christi dicentis: Alter alterius onera portate. ad Galat. 6. cap. & o. ponderet, quinquagesima, distinction. Egid. de Bellamera, & alii in d. §. contrahentes. vid. Barb. in c. 3. col. 3. de fidei. Secundo, non tenebitur postea requirens in simili casu impari auxilium; † quod enim quisque iuris in alium statuit, ipse eodem iure vti debet. rubr. ff. quod quisque iur. c. cum omnis de confit. & Terent. Omnia rerum vi- cissitudo est. moralis Catō. Tu quoque fac simile. Ideo in literis requisitoriis solet apponi: Nos offerentes in similibus vobis complacere &c. Tertio requisitus † non faciens, est perius, ab initio enim iuravit seruare iura, consuetudines, & constitutiones in authen. ius iurand. quod prestatur ab his, collat. 2. & iura & consuetudines volunt hanc requisitionem debere perfici, alioqui in vanum 19 requisitio fieret. Quarto, teneret † ad interesse parti. Bart. in d. §. 1. l. à d. Pio. per l. si index ff. de var. & extraord. cognitio. Aufret. in decis. Tholos. q. 411. requisitus. Quinto, secundum quosdam, iudex requirens compellet requisitum d. §. 1. d. l. à diuino Pio. vbi text. vtitur verbo: iussum: quod importat quandam superioritatem. rubr. quod iussu. ff. si quis mihi bona. §. iussu ff. de acquiren. heredit. facit §. si quis comprehendens. vbi vtitur verbo; iubemus: & quod præcipitur, imperatur; & quod imperatur, necesse est fieri. c. fin. 14 q. 1.

Nam in hoc, secundum eos, requirens dicitur superior: quia hoc facit autoritate legis; vel melius dicunt alii, quod superior requisiti compelleat eum; cum pat in patem non habeat imperium. l. ille à quo. §. tempestuum. ff. ad Trebel. & hoc per text.

in c. nullus de iure patronat. & hæc opinio de consuetudine inoleuit: Nec obstat d. §. primus; quia intelligi iussum debet per superiorem; vel alii habent, si hoc visum fuerit; & melius. nec obstat verbum: iubemus. Nam licet Imperator iubeat, tamen non dat potestatem iubendi, ut docet Bellamera & alii, in d. §. contrahentes. Et si nullum haberet superiorem, ut si Rex Franciæ requereret à Rege Angliae, † & nollet obtemperare, solent concedi 20 repressione; & ita sicut alias factum contra Auenionem à Magistratibus regni requisitum, teste Iaco. de Bellovili q. 3. d. §. contrahentes; intellige, ut ibi, per eum, & Bonifa. in clem. pastorali.

Sexto faceret item † suam iudex, qui requisi- 21 tus negligit facere iustitiam. l. pen. C. de pag. l. si filius familias. ff. de iudic. c. 1. de re iudic. lib. 6. Et tanquam conscientis criminis debet puniri. l. in fin. & l. Christiani C. de pagan. §. judices de pace tenenda inter subdit. & iura firmant. in feud. & ibi glos. in verbo neglexerint. Iacob. de Bellovili in sua practic. in rubric. de fug. reor. vers. item suspectis anfertur. Iacob. in l. argentariis §. fin. ff. de edend. Imo talis iudex sic negligens, postquam fuerit condemnatus per superiorem ad mulctam, non poterit impetrare rescriptum remissiuum illius mulctæ. text. nat. in l. mancipia C. de seruū fugiti. quem not. Do. Saxon. in ordin. Tiro. arti. ultim. in princip. Solent tamen quotidie literæ istæ impe- trari, quicquid in contrarium dicatur. Septimo, secundum alios, pars habebitur pro † citata, post, 22 quam impeditur, ne citetur, clementi. causam. ibi, verum si propter appellati. & c. de electio. facit l. final. C. de nauicular. lib. 11. vbi Bartol. norat, quod ob ne- ligentiam, vel delictum superioris puniuntur ciues. Iohannes Andr. in regu. non debet. de regulis iuris lib. 6. in nouell. facit, quod habetur in concord. in rub. de inter. indiffe. non ponen. vbi propter negligentiam superioris potest terra subiecti interdicto, & tota ciuitas: & sic fuit Tholosæ mea memoria interdi- cta ciuitas instantibus cordigeris, vel audi quid statuatur, quando requisitus non vult exequi. ha- ctenus Rebuff. Cuius verba, quia ad explicatio- nem capitil precedentis, ut & ultimi faciunt, hic inserenda duxi. Quæ tamen, quomodo in Ger- mania accipienda sint, demonstravi in tractat. de Commis. cap. 4. nu. 18. & 19. hisce verbis: illud au- tem hic queritur, si hisce literis non pateatur, quid Commissario facendum? Hoc casu sic sta- tuendum, si est pars, contra quam petitam est com- missio, aut alia personæ impetio, vel ratione bo- norum, vel ratione personatum, subiecta, & tunc ne ius alicuius lèdatur, citationi per edictum vi- detur locus esse. † Quo facit, quod traditur, Prin- 23 cipem, ex qualibet prouincia, suos citare, l. fol. 7. ff. de custod. & exhibit. reor. l. 1. & ibi Bart. de exhib. reis. Et quilibet subiectus verbaliter, citra subsidium, recte vocatur, post alios tradit Wessenbecius con- sil. 9. 7. num. 2. & 3. Et licet id hic dubium videatur habere, cum delegato per edictum † citare non liceat, ut nec personum tuba, tex. in authentica de litigios. §. omnem Bald. & Dd. in l. 2. C. quomod. & quando iudex. & in authent. qui se vel. sed. Rebuff. de citation. in prefat. vbi addit, per hoc fuisse annullos processus cuiusdam delegati commissarii cu- ria. Ego tamen id nostro Commissario recte tri- bui posse existimo: Delegatus enim Princeps, per edictum citare potest, ut late hoc explicat Me- B 4 noch.

Cap. V. De affinibus

25 noch. consil. 100. num. 95. † Et id turius est, contra absentem enim citationes per edictum decernuntur. Ioan. Baptista. Mayol. in subscription. ad consil. Bursat. 74. n. 104.

Quinto, in eo differre videntur; quod in brachio indistincte debeat exequi, etiam si non secundum ius commune, sed statutarium iudicari: In hisce vero, licet iudex vnius iurisdictionis tenetur exequi sententiam alterius text. in l. à diuno Pio §. 1. ff. de re iudic. Bald. in l. final. C. si à non competent. iudic. las. in d. l. properandum §. fin autem Reus. Anton. Tremol. in additio. ad Vbert. de Bonacurso, rubric. de imped. execut. §. 7. etiam in criminalibus. Hypo. consil. 86, licet iam col. 2. & seq. Id tamen accipendum, quando scilicet iudex pronunciauit secundum leges, secus si pronunciauerit † secundum statuta, & consuetudines loci ipsius iudicis, Bald. in l. vna in fin. C. de confes. quia statuta municipalia vnius territorii, alter iudex in exequendo sequi non debet: secundum eum, in l. i. in 4. questio. C. ne filius pro patre. Alexan. in d. l. à diuno Pio. §. sententiam col. 3. Alexand. & alii in d. §. fin autem reus. Hypol. in singul. 138. index vnius. Iason. in leg. cum quedam. colum. vlt ff. de iurisdict. omn. iudic. sed in ysu forensi non solet fieri hæc differentia. Rebuff. de liter. ro- gator. in princip. n. 25. & 26.

Secundum affine remedium est indultum: 27 cum † iudex secularis, aut eius delegatus, ecclesiasticum interpellat, vt sistat testem, vel instrumenta edat, quo coram ipso exhibeantur, & attestationes ab illis recipientur, † differtque à brachii inuocatione.

Primo, quod vt illud plerumque in executiuis ita hoc circa probatoria duntaxat occupetur.

Secundo. Quod illo solus laicus contra ecclesiasticum testem vtitur, & ecclesiasticus, si examinationem à seculari petat, alio remedio opus habeat, de quo videatur tractatus de Commiss. part. 1. cap. 5. lib. 5. num. 12. vers. hadenus. Hoc vero remedium est commune utriusque.

Tertio, quod indultum fiat à superiori ecclesiastico inferiori, vt veritatem pandat, vt notauit de Commissionibus cap. 5. part. 1. lib. 5. num. 3. Brachium vero indifferenter, & contra superiorem, & inferiorem imploreter, vt supra de personis.

28 Quarto † quod liberum in indulto exhibere commissionem ab initio vel non, de quo ego. d. loc. nu. 4. iuncta ibid. lit. a. At cum laicus brachium seculare inuocat, necessario exigitur ab initio ostensio actorum, de quo infra.

Quinto, in eo differre videntur, quod in inuocatione brachii, ecclesiasticus libere denegetur, nec 30 à seculari cogi possit: † Quod in indulto secus esse demonstrauit d. loc. num. 5. & 6. è quo sequentia verba, cum ad explicationem eorum quæ infra tradentur plurimum faciant, adiicienda duxi, vt in promptu & hic sint. Sed quid si commissarii petitione non attenta, indultum denegetur? vt factum in causa Hylmann von Querenheimb contra Casparum von Querenheimb Anno 74. Tum monebit primo Commissarius per alias litteras Ecclesiasticam hanc personam, vt in d. causa factum: Sed, si ne tunc quidem pareatur, anne Commissarius mandatis penalibus contra ipsam procedere, eamque mulctare poterit? Et videtur dicendum, non posse, & impunitam eam esse de-

debere: cum id in ipsius arbitrio confitiat: Sunt enim instar literarum mutui compassus: & sic à Camera vocantur Sayler. Anno 1550. 5. Septembris: vbi dicitur Compassbrieff der Geistlichen Zengen halber aufzugehen zulassen. Et anno 1530. 15. Iunii Compassbrieff an geistlichen Richter zu Speier decretæ, & 12. Februarii Anno 1518. Deinde, etiam si cogi posset, tamen Camera in eiusmodi personam, tanquam ecclesiastica, non habet imperium, cum ecclesiastico foro subiecta sit, † & clericis à potestate & iurisdictione laicorum sunt exempti, gloss. in c. si imperator 96. dist. & cap. quanquam. de censibus. lib. 6. Vasqui. desu- sion. creat. §. 22. num. 5. limitat. 17. Schuff. consil. 44. num. 1. cent. 1. Bursat. ex communi consil. 42. num. 2. Nulla ergo hic considerari potest contumacia: quod enim non sortitur effectum, nullum prestat impedimentum. cap. non prestat. de regul. iur. in 6. Menoch. consil. 627. num. 27. Et in specie, quod à iudice seculari mulctari non possit persona ecclesiastica, tradit Roland. à Valle, consil. 12. nu. 39. vol. 2. Ut autem sit; eum ego hoc casu cogi posse sta- tuendum arbitror, hac adhibita moderatione, quod aut est mediate Imperio subiectus is, à quo indultum petitur, & hoc casu, eo denegante, à su- periore peti posse, vt cogat ipsum: sicut ex prædi- catis locis Sayleri patet: aut est immediate subie- ctus; & tum commissarius contra illum mandatis penalibus procedet, eo modo, quo in aliis mediatis & immediatis, de contumacia dicetur, Ra- tio est, quod hæc personæ fere omnes feuda ab Im- perio recognoscant, & iura regaliorum habeant. Eaque hisce indubitate confirmantur rationibus: Primo quod hæc solennitas non ita stricte obser- uanda, sed talis sit, quæ omitti possit, priuato con- sensu personæ ecclesiastica, vt docent Bertachin. & Guido Pap. dict. loc. Roland. à Valle consil. 24. num. 77. cum sequent. lib. 1. Bursat. consil 343. num. 69. Farinac. d. loc. num. 84. Quod tamen cum in causa Frankfurt / contra Friedburg fieret, remisit Commissarius clericum, & pro indulto supplicauit, de quo extat Formula 12. in meo Formulatio, hoc tit. Deinde, quod Craueta d. l. dubitat, an semper venia petenda, paruum ergo ordini Ecclesiastico generatur præiudicium, si mandatis, contra eum procedatur. Tertio, quia de consuetudine potest induci, vt Clericus cogatur † a Laico ad fe- rendum testimonium, perl. 3. § final. dict. tit. Guid. Pap. dict. loc. Cui tamen videntur aduersari, quæ communiter Dd. traduunt. Non valete consuetu- dinem, vt Laici habeant iurisdictionem in Cleri- cos. Dd. in cap. Ecclesia S. Mariae. de constitut. & in cap. postulasti. de foro compet. Auffrer. decision. 12. 6. Ioan. Lup. in tract. de libertat. Eccles. Quarto, quia pluri- ma parlamenta (Camera similia) introduxerunt, vt clericis inolentes deponere, cogantur. Guid. Pap. d. decision. num. 2. Quod traditur obtinere, siue su- perior examinandus sit, cum, vel sine alio clericis, nec opus esse venia petitione, late Farinac, de op- posit. cont. Test. q. 61. n. 85.

Tertium affine remedium † est remissio in ci- 33 uilibus, ex consuetudine quorundam locorum, de quibus author decis. Cameræ, in verbo remissio, sic differit, in quibusdam Episcopatibus seu ciuitatibus, vt pote Münster & Bremen/ quamvis ap- pellatio ad Cameram spectet, tamen id non pro- cedit,

cedit, nisi prius petant ab Episcopo loci, ut causam ad Cameram remittat. Ita factum in causa Güss, delmeister des Crameram p[ro]p[ter]e iu Münster/ contra Hermann Bamiger 19. Decembr. quamuis ex alio capite, nempe quod ab interlocutoria viua voce appellatum esset. Anno 57. remissio denegata. Aliquando tamen; vt in causa Witters contra Haubbecken/ quamuis Remissoriales ab Episcopo Monasterensi non essent data, tamen processus periculo partis decreti, 5. Decem. An. 81. reproducti 14. Nouēb. Ex hac causa denegati processus, in causa Johani Hinderlinghoff & consorten, contra Heinrich Modersam 28. April. Anno 91. & in causa Bernhart von Bona/Bürgers in Bremen/ contra Ruben Busch/vnd Claus Meyern/ eo quod remissoriales non annexae appellationi decretum fuit, wofern det Supplicant iurisdictionem fundit ren wird/ 27. April. Anno 89. Tamen quia postea in supplicatione narravit, quod à Brema directo ad Cameram appelletur, processus periculo 34 partis decreti sunt 9. eiusdē. Quæ tamen † differt ab inuocatione brachii q[uod] illa salē circa appellatiōne; brachium vero seculare, circa executionē occupe: ur. Quarto quoq[ue] affine est; † cū delinquens aufugit, qui à iudice ordinatio petitur remitti, vt puniatur, leg. 1. §. hoc autem. de seruis fugitiis. Solent enim præfides prouinciarum in quibus delictum admittuntur, scribere ad collegas suos, hoc est præfides aliarum prouinciarum vbi sceleris autores agere dicuntur, & desiderare, vt cum prosecutorebus ad se remittantur, l. 7. solent ff. de custod. & exhib. reo. & in eam rem quæ mituntur epistolæ dicuntur. *Απόστολος ιωάννου, ηγιαντος απολογησι, no. 17. 80. & 134.* Radulph. Fornerius lib. 4. rerum quotidian. cap. 12. & subiicit: hic vero ritus simile quiddam cum proscriptione veterum obtinet, apud quos qui aliena ditioni subiecti & aliquem sublatum volebant, pecuniam publico præconio pollicebantur iis, qui vel illum interfecissent, vel viuum adduxissent, vt ex Suida didicimus, in dictione ἐπεκτείνεται, & ex Demosthene in oratione τοῦ προτελέα. Illud quoque non est absimile superioribus, quod etiam Roma fuit obseruatū, vt cū in ea ciuitate vnde pupillus oriundus esset idonei nulli tutores inuenientur, magistratus aliquem ex vicinis ciuitatibus huic muneri præficiendum inquirerent, eiusque nomen ad præsidem mitterent, ac non ipsi sibi arbitrium dandi vindicarent, l. 24. diuiss. de tut. & cur. 36 dat. Idque ita ab inuocatione † brachii differt; quod brachii rogatio sit necessitatis, vt infra, hoc meret voluntatis, parere, vel non; idque maxime de consuetudine, vt testatur Decian. in trad. crimin. c. 17. n. 10. & 11. Gail. li. 1. obser. 16. Prosper. Farin. 37 de inquisit. lib. 1. tit. 1. q. 7. n. 28. Hinc † & videmus, cum tales remittuntur in Germania id non aliter fieri, nisi datis reuersalibus, hoc est literis, in quibus confitentur, ex hac remissione, neque remittenti de sua iurisdictione quid discedere, neque petenti remissionem quicquam accedere.

Secundo, quod brachium in omnibus causis, 38 mix i præsertim fori, in ploretur. Remissio † vero in leuioribus, & vbi ad ciuilem penam agitur de delictis non habeat locum; de quibus sic Couar. c. 11. præf. q. n. 7. circa si. inquit: Remissioni loca erit, eaq[ue] facienda est in criminib[us] grauibus, & in his, quæ leuia non sunt; nam in leuib[us] necessaria

non est remissio, nec tenetur index delinquētem ad locum delicti remittere, sicuti tenuerunt Calderini. in d. c. 1. de raptori. Cyn. in authen. qua in prouincia. E. vbi de crimin. agi sportes. Collectarius in c. po-
stulati. de foro competenti. quoru[m] opinionē sequitur Capella. Tholosana deis. 319. & fatentur eam esse communē, secuti Aufseri. inibi in additionib[us], & Panor. in c. vlt. de foro competent. n. 15. Idē erit, vbi criminia sunt grauia, modo actū sit ad ciuilem penam, & condemnationē; tunc etenim remissio non est ad locū delicti facienda, quod expressim authores prædicti admonent, quibus suffragari videtur regia. l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinat. idem notant Chassan. in consuetud. Burgundie, rubric. 12. num. 7. & Jacob. de Bellouisu, in §. contrahentes. de foro competent. in 6. n. 112. Imola post alios, in d. Clem. pastorali. n. 64. Et hanc Didaci opinionē approbat iuribus, & aliis Dd. authoritatibus Farinac. d. loc. num. 36. & 37.

Tertio differunt, quod in inuocatione brachii non semper sit opus causæ cognitione: lecus atqui † in remissione, quod ita effert Couart. dict. 39 loc. num. 8. In hoc tractatu oportet animaduerte-re, quod vt remissio fiat ad locum delicti, est ne-cessaria quædam summaria criminis cognitio, & probatio, ne alioqui quis inuocens infamia no-terur. Sic visum est glo. in Clem. pastoralis in verb. de more. de re iudicat. Oldrado consil. 124. & aliis au-thoribus, quorum statim mentio fiet. Omnes e-enim tendunt in hoc, quod remissio fieri non de-beat absque delicti commissi suspicione, & co-gnitione summaria, quod Baldus expressim tra-didit, in dict. l. 1. C. vbi de criminibus agi oportat. Aret. in cap. vlt. de foro compet. num. 20. Sunt tamen qui probare velint, hanc cognitionem summariam esse præmittendam à iudice remissuro, qui requi-situs est de remissione. Quod notant Anton. Abb. n. 18. & Felin. in d. c. vlt. n. 10. quam opinionē nec praxis admisit, nec iure verā existimo. Nam & Bart. in l. vlt. §. 1. ff. de publicanis, scribit, iudicem à quo remissio petitur per iudicē loci delicti, esse merū executorem, nec posse, etiā summarie, cognosce-re de ipso crimen. Idē notat Ias. in l. magistrat. ff. de iurisdict. in col. 1. Est ergo necessaria summaria de-licti cognitio & probatio ad remissionem, in quo omnes propemodū cōuenire mihi videantur: Hæc autem fieri debet à iudice loci delicti, qui remis-sionem petit, q[uod] mihi videtur Bart. in d. l. 1. Panor. in d. c. vlt. n. 18. recte sensisse, & Guido Papè in d. qu. 202. eiusdem opinionis autorē habeo, qui afferit, iudicem requisitū hanc cognitionē habere, quo-ties requirens, eam omiserit, aut ad iudicē requi-situ non transmisserit. Idē tenet Chassan. in d. rubri. 12. n. 6. ex quib[us] illud supereft, q[uod] modo potissimum receptū est, vt index requirens teneatur in ipsis li-teris requisitoriis summaria delicti cognitionem interferere, alioqui non tenetur iudex requisitus remittere delinquentē. Nec quicquam refert, le-gé regia, que 2. est sit. 17. lib. 8. ord. exigere ad remis-sionem, quod reus iam fuerit à iudice requirente condemnatus: nā id obtinet, quoties iudex ille p-cessit cōtra delinquentē absente, iuxta formā iuris, eumq[ue] propria sententia damnauerit. Nec tamen ex hoc negat regia lex, posse iudicē loci delicti fla-tum ante condemnationem, præmissa summaria quadam cognitione, remissionē petere. Idem que nouissime late notauit Prosper. Farin. dict. loc. nu-mero 34. & 35. vbi expresse hanc Couartauit opinio-

Caput V. De affinibus

opinionem, tanquam communem, laudat, addu-
cens Bonacals. part. I. in verbo remissio, iunge eun-
dem, num. 43. vbi late examinat: an & quatenus
stetit processui iudicis remittentis.

Quintum remedium praecedenti valde affine
est, cum petitur capi delinquens in alterius ter-
ritorio; † tunc enim iudex territorii compelli-
tur: Nam si requisitus nollet capere, vel permit-
tere in sua iurisdictione delinquentem capi, pos-
set sua priuari iurisdictione per superiorum; quia
abutitur illa. ar. c. cum priuilegia. de priu. vt puniatur,
in quo deliquit. aut ben. omnes peregrini. C. communia
de success. c. postulas, & ibi dixi, vlt. no. de cler. exco.
minist. vel poterit puniri poena, l. ad commentarien-
sem. C. de custod. reo. Iacob. de Bellouiſu, vbi sup. n. 55.
Præterea poterit compelli requisitus per suum lu-
periorē, sicut etiam requitens, si nollet requirere,
c. nullus. de iur. patronat. c. si forte 65. distin. 15. dist. c. l.
de offi. ordi. in authen. nisi haberet iustam causam
contradicendi. Vincen. in d. §. 1. col. 13. Bal. consil. 98.
casus scribitur in 3. vol. tene practicam tex. quod si or-
dinarius reculeret, vel differat, quod seruens exte-
rus possit exequi, & de hoc debet constare: nam
seruens in sua relatione scribet, exhibitis duobus
testibus, vel ipse poterit requirere ordinarium
coram Notario, & testibus. Rebuff. de illi. rogor. glos. 3. num. 4.

Differat autem in eo, quod brachium implo-
rans nihil possit facere propria auctoritate: Hie
autem, cum alterius iurisdictionis officialis valde
timeret, criminosum fugam artipere veile, po-
terit illum capere, ante requisitionem, & idem
quando non potest de facili recursus haberi ad
iudicem illius territorii argum. l. generali. C. de dec.
libr. 10. Sicut de debitore fugiente dicuntur, in l.
a. prator. & si debitorem. ff. que in fraud. credit. Iason.
in §. 1. Institut. de act. Moder. in capit. I. de indic. de-
bebit tamen seruens postea iudici illius territorii
presentare captum, & eidein reddere, ac facultati-
tem petere extrahendi illum, alias non posset. d.
§. si vero quis comprehensorum. leg. capite. ff. de adulter.
Iacob. de Bellouiſu in sua pract. rubr. de fr. g. reo. n. 49.
Hyp. sing. 203. iudex.

39 Sextum † affine est, executionis ordinarium
remedium. Differunt tamen in eo, quod iudex
secularis non est nudus executor, & minister,
40 quicquid male videatur sensisse † Alberic. in d. c.
l. episcopale, namque potest se opponere iudici
ecclesiastico, & denegare brachium iniuste pe-
titum, immo debet aliquam causę cognitionem in
eo adhibere, an iustum sit quod petitur ab eo;
Anchoran. consil. 382. col. 2. Frederic. Senens. con-
sil. 251. col. fin. cum aliis pluribus ad id citatis per
D. Rol. à Vall. in consil. 37. num. 7. 8. lib. 1. quā ipa
ei non licent, si nudus exequitor esset. l. ex-
equitorum C. de execut. rei iud. l. si vt proponit. eod. tit. cap.
pastoralis. §. quia vero. de offic. delegat. Rebuff. in con-
sil. Reg. tractat. de sentent. exequitor. artic. 7 glos. 12.
num. 19. in primo temo, & licet vterque exequatur;
tamen disparti modo id sit, vt iam innotescet. Be-
retta. consil. 3. n. 15.

Idemque notauit Natta consil. 130. num. 33. hisce
verbis: Nos autem sumus in indice seculari, cuius
brachium imploratur, qui non est parus, sed moi-
xatus executor, cum debeat aliqualem præmittere
causę cognitionem & examen, ne forsitan eccl

siaſtico sit adiutor, non ad bonum, sed ad malum.
Vt autem iuniores ſciant, qui ſint mixti executo-
res, & qualis potestas, audiant Commentato-
rem ad edit. iurisd. iud. presid. glos. 44. num. 11. fol. 131.
Mixti † propterea dicuntur, qui praeter potesta-
tem executionis, vt in facto consistentis, habent
quoque iurisdictionem liticularum, & quæſtiunt
cularum, quæ oriuntur in executione ſententia-
rum. Huius generis ſunt censendi executores,
quando nominatim in mandato nuncupatum eſt,
aut quando ad ſententiam exequendam datur a-
liquis iudex. glos. in cap. pastoralis §. quia vero ext. de
offic. & potest. iud. deleg. Tum hic iudex cui mandata
eſt ſententia execuſio, agit, & repræſentat perso-
nam iudicis, qui iudicauit, quare apud eum pro-
poni poterunt exceptiones, quæ apud delegan-
tem iſtui poterant aduerſus rem iudicatam.
Et licet execuſio, non cognitio mandata videa-
tur, tamen horum omnium erit cognitio execu-
toris. Panorm. in d. c. de catiro. num. 4. l. et si non co-
gnitio. C. de præcibus. imper. offer. id ſic temperandum
eſt, vt ſi exceptiones ſpectent rem iudicatam, ve-
luti reſtitutionem fructuum rei euictæ, aut ſi ter-
tius dicat ſe dominum, & intercedat executioni
rei iudicatæ, de his cognoscet, & pronunciabit
hic executor. l. à diuino Pio. §. si ſuper rebus ff. de re iud.
d. c. pastoralis. §. quia vero de offic. & potest. iud. delegat.
Si autem exceptiones vocent iudicata in recogni-
tionem, hoc eſt in diſceptationem, utrum bene
vel male sit iudicatum; velut ſi excipiatur, quod
ſententia ſit nulla, aut iniqua, aut ſuper falsis in-
ſtrumentis, aut per fōrtes, & dolum lata, execu-
tor admittet ſuper his diſputationem, quia inſpe-
cta, ſi eam non contemnendam putauerit, de ea
non pronunciabit. Non enim lacerandi vulne-
randique iudicara, ſed exequendi ius mandatum
eſt, index item & negotium rei iſiicit, amandabit
que ad delegantem c. ſuper eo. de crim. falso. ex l. si pre-
tor. §. 1. de iud. ff. Bart. Alexan. Angel. & Iason. in d. l.
à diuino Pio. §. 1. ff. de ſent. & re iud.

Et licet quidam eum merum dicant execu-
torum, tamen ipſi plurima concedunt, de quibus
pulchre Francisc. Marc. decis. 269. num. 2. Nec ob-
ſtat, ſi dicatur, quod iudex ſecularis non eſt niſi
merus executor, † & quod non potest cognosce. 42
re, cap. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg. quia bene
potest cognoscere, quando conſtat de nullitate,
defectu iurisdictionis, praetextu appellationis,
quæ ſuspendit primam ſententiam: & licet regu-
laritet quando agitur de executione ſententia,
non ſit necessaria citatio partis, quando agitur de
re, de qua fuit cognitionis, & lata ſententia ſecun-
dum Innocent. in cap. veniens l. 2. de testibus. & in cap.
ex ratione. de appellatio. & Bartol. in l. à diuino Pio §. in
renditione ff. de re iudic. Tamen de ſtylo curiæ,
quando praesentatur ſententia iudicis ecclesiastici
lata ſuper petitorio, cum executiveorialibus, eſt ſoli-
tum vocare pofſorem beneficii, cum agatur de
ſuo interefſe. cap. licet de probandis lib. 6.

Septimo † affinia valde ſunt alia mandata po-
nalia executiveorialia, quibus deputatis executiveori-
bus, ſub poena pecuniaria, mandatur, vt immiſſio-
nem, & executionem in bona banniti, vel conde-
matiſſi faciant, idque inita tempus iudicati, quod in
Camera eſſe conſueuit ſex ſeptimanarū, & trium
dierum, licet de iure communi ſit quadriremeſtre

l.2. & l.3. C. de r. sur. rei iud. Et decernuntur isthac monitoria cum clausula iustificatoria; quia certae causae esse possunt, quibus deputati executores se excusent, quarum quatuor enumerantur, part. 3. ordin. tit. 49. § fernier/ & § nemblach. vide quæ late & eleganter hac de re Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 17. à 14. n. 13. vñq; ad fin. Frider. c. 26. n. 9. ¶ Differentunt tamen à brachii inuocatione, quod per ea monitoria saltem à iudice alteri seculari mandetur, per hanc non item: secundo quod illa in banni declaratione iancum obtineant, hæc in aliis, etiam sæpe non sequuta excommunicatione.

C A P V T VI. De personis iudicium & magistratum.

S Y M M A R I A:

- 1 Ecclesiastica & seculares hic sumnum personarum genus constituant.
- 2 Omnis qui potest suam sententiam exequi, eius brachium recte imploratur.
- 3 Brachium an gradatim implorandum.
- 4 Brachium implorare volens, omnia prius debet tenere.
- 5 Brachii imploratio, ut immediate fiat, an exigatur denegatio iustitie.
- 6 Necesitas facit de illico licitum.
- 7 Appellatio gradatim interponenda.
- 8 Brachii inuocatio nihil iudicibus in sua iurisdictione praedicat.
- 9 Brachium inuocatur etiamsi ambo sint sub uno superiore.
- 10 Par in parem non habet imperium.
- 11 Ecclesiasticus princeps, cum iudicibus secularibus sibi subdici, non hoc remedio brachii, sed directo procedit.
- 12 Laiciratione delicti an subsint Episcopo.
- 13 Delegatus an recte exequatur.
- 14 Iudex semel pronunciando functus est suo officio.
- 15 Prima distinctio inter delegatum principis summi, & aliorum principum, quo ad executionem.
- 16 Secunda distinctio, an addita facultas in commissione.
- 17 Mandatum delegatorum stricte sequendum exempli plus docetur.
- 18 Mandatum transgredi solet vel defectu, vel excessu, idque exemplis demonstratur.
- 19 Delegatus fungitur vice delegantis.
- 20 Commissarius an possit iurius subsidiales ad extraneos iudices dirigere.
- 21 Antecedente concessa, & consequentia, sine quibus id expedire non potest, concessum censi.
- 22 De clausula commissioni addita, cum incidentibus dependentibus &c.
- 23 Extensio mandati sit ad ea, quæ sunt eiusdem speciei.
- 24 Tertia distinctio authoris.
- 25 Respondetur argumentis partis negativa.
- 26 Moderatio dictarum opinionum.
- 27 Delegatus an prius delegantem an iudicem Laicum immediate requirere debat.
- 28 Delegatus debet iudici cuius brachium implorat delegationis instrumentum exhibere.
- 29 Successor an teneatur parere literis pro inuocatione ad predecessorum missu.
- 30 Renissio an morte remittenti exspires.

31 Argumentum à remittente ad delegantem non vallet.

EX superioribus patet, duplex sumnum personatum esse genus † Ecclesiasticos scilicet, & seculares.

Alterum genus hominum, quod sese hic offert, dividitur in Magistratum, hoc est, iudicem, & partem. De iudice præsenti; de parte, sequenti capite agendum, vbi hæc occurrit discutienda quæstio: an indistincte omnes magistratus, sive mediati, sive immediati, hoc beneficio vtantur? In qua re ego distinguendum sentio, quod magistratus vel ordinariam vel delegatam iurisdictionem habeat, si ordinaria habet, aut actiue, aut passiue consideratur: Actiue intelligo, cum petitur ab illo, vt exequatur; passiue cum ipse petit, vt sua sententia exequatur.

Si actiue, hic illam regulam statuendum existimo, vt † qui facultatem sententiam exequendi 2 habet, ei, si brachium seu auxilium ipsius inuocetur, id etiam licet. Par enim & eadem utrobius est ratio: Executio enim subsidialis quoad punctum executuum eo loco habetur, ac si ipse iudex suam exequeretur sententiam.

Si passiue maior est dubitatio: Et videbatur dicendum quod vt in ecclesiasticis, gradus obseruantur in iudicibus, quemadmodum ad occupum patet ex textu in l. Sancimus 29. C. de episcop. audent. Et gradatim ad appellationem dictam utique † iure perueniatur, ita & per consequens 3 in hac, quæ inde sequitur executionis materia, non apud inferiorem, sed gradatim faciendam, & si contra fiat, potenter executionem in alterius foro, non requisito iudice proxime supremo ordinario, pœnis condignis publici, per jura sup. c. 4. notara. Et hæc sententia nititur hæc ratione, quod vt ecclesiasticus possit implorare brachium seculare, debet prius omnia fecisse, vt infra docebitur. At † non fecit, & tentauit omnia, qui proxiime ordinarium prius adiuit, faciunt ad confirmationem horum, quæ notat Roland. à Valle conf. 37. n. 6. li. 1. ubi dicit, quod vt omnia fecisse dicatur, requiritur, quod prius ordinarius ecclesiasticus fuerit per delegatum requisitus, cuius auxilium si non erit sufficiens, tunc implorabitur auxilium seculare. Ita Cardi. in d. Clem. in I. o. q. de offic. delegat. Unde autor decision. Camer. videtur denegationem iustitiae † præsupponere, quando iudex secularis 5 requisitus à iudice ecclesiastico pro executione sententie eiusdem iudicis ecclesiastici, non vult impartiri Brachium seculare, recte tali casu ad Cameram peruenit, & ad talem iudicis ecclesiastici requisitionem decernuntur processus, per authen. & differentes iudices. in pr. & auib; statuimus. C. de episcop. & cler. Bartol. in l. de pupillo §. meminisse num. 5. Alexan. ibid. num. 12. de nou. oper. nunc. ord. part. 2 tit. 26.

Item author antiquarum annotationum ad ordinationem Cameræ, sub nomine Magenhof editarum p. 3. tit. 48. ait, sic quoq; in qualibet etiā ecclesiastica causa, vbi vñq; ad brachium seculare processum, si victori à iudicibus secularibus, sic per brachium inuocatis, non succurrit, iam utique idem victor Cameram, pro brachio seculari, inuocare potest, & hoc casu decernitur quoque

Caput VI.

quoque mandatum cum clausula: antequam tam
en hoc fiat, oportet quod prius exhibuerit in
confilio priorem processum, & fulminationes:
Nam si tura illa peracta reperiantur iuri primo di-
ctam mandatum decrebitur: eius tamen procul-
tator in supplicatione, ordine totum processum
indicate debet, ne scilicet cancellaria superfluo, &
nimis labore oneretur, ut decisum in causa Frei-
tag contra N. vide hac de re Oldendorf. *conf. 89.* &
c. duecto de sententia excom. lib. 6.

Econstratio vero argumentari sic potest; ergo
tum querere remedium apud illos vbi commo-
dissime habere potest auxilium; & necessitatem
excusat. c. quod non debet de reguli iuri. in 6. l. item
quamvis, comm. diuisiund. l. ea qua propter, & ibi Dec.
de reg. iur. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 2. Petr. de Ra-
uenna. in vocab. verbo. necessitas.

Ad hanc, hac via sumptibus parci: ac demum et-
iam illa opinio eo iunatur, quod, ut mox dicemus,
delegatus possit prius vel ordinatum adire, vel eo
omisso, secularem. Et inde hanc sententiam con-
firmat Gail. lib. 1. obseruat. 115. num. 9. eamque in
practica obseruari dicit, his verbis: An autem o-
misso medio iudice, brachium seculare immedi-
ate in Camera inuocari possit, de eo fuit aliquan-
do dubitatum, sed multa extant præiudicia, hoc
fieri posse, ut in causa Alersbach / contra Alers-
bach anno 52. Creueldi, contra colligataam Ec-
clesiam S. Cuniberti Coloniae, 28 M. i. Anno 33.
& in causa Rauff contra Dettleben 28. Nouem-
bris Anno 65. in quibus omnibus mandatum
executoriale decretum fuit in Camera per inno-
cationem brachii, tametsi partes immediate Ca-
meræ non subessent. Friderus de mandat. cap. 65.
num. 1. qui tamen videtur de iure, meo iudicio, re-
ste in aliam sententiam proclivior, quæ &, mea
opinione est verior. & non obstantibus rationibus
in contrarium adductis: Omnia enim uno iustu-
cruunt; quod scilicet eadem & in appellatione mo-
ueri possint, & tamen, iis utpote infirmis, non ob-
stantibus, illam gradatim ad impedientiam con-
fusionem iuri/dictionum interponi.

Si tamen temperamento hæc res componen-
da, ego iudicarem medium inter utramque viam
tenendam, & hic distinguendo hos casus: quod
aut facile superior potest adiri, & tunc, aut con-
stat, illum posse exequi sententiam, non inuoca-
to alterius brachio, aut interpellando alterius iu-
risdictionem, aut non potest exequi auxilium: &
puto tuacum licite petere. Cum enim hic ni-
hil principaliter & de iurisdictione alterius dece-
dat, cap. 1. in fin. de off. iud. ord. Jacob. Beret. consil.
4. num. 34. merito regula hic locum habent: pri-
mo, quod difficultas excusat: secundo quod vbi
notorie coactet aliquem non posse inuare, licite
ad aliud remedium configatur: tertio id ma-
xime obtinere in priuilegiato executiois pun-
cto.

Hæc casibus exceptis, maxime si oriens est
contruersus in iure ecclesiasticum, & iecularium sa-
periorem, gradatim unumquemque secundum in-
puto. Quod eo sine hic a me dicitur, quia multi
ecclesiastici in Germania presertim sunt, qui cum
regibus uestiti agre ferunt subditos suos in-
dignante laicos, pro executione interpellare.
Hoc hec discessu, nec illud hic silentio inuoluen-
dum est, requisitionem brachii non solum lo-

cum habere, cum plane & sub uno non sunt super-
riori domino, sed si vterque, & secularis, & ecclæ-
siasticus, sub uno superiore, vt in Germania sub
Imperatore, commoventur; 2d eius comprobationem
expendo notata. Rebuff. de lit. regat. in
princip. num. 27. Dicimus, inquit ille, hanc requi-
sitionem fieri posse, siue sint iudices sub eodem
domino, siue non; ideo index villæ nouæ, vel alias
de regno, poterit requirere iudicem Auenionensem,
& è contrario, vt docet Bonif. Vital. in cle. pastoralis
vers. nos tam. de re iudic. & quotidie hoc fieri solet.
Quod intellige ex urbanitate, & non ex necessita-
te, ad hoc ut possit cogi: quia pat in parem &c. d. l.
nam magistratus. Bonifa. vbi supra, per glos. ibi. di-
cam tamen infra an posset cogi per repres-
sias.

Sed quid statuendum, & si princeps ecclæ-
sticus Imperii, habeat sub se iudices seculares (vti
hodie sub imperio Electores, Dukesque sunt mul-
ti:) anne hoc remedio uti cogatur? Minime gen-
tium, obtinet enim hic regula superior; Non ha-
bet requirere, sed præcipere inferiori, vt archie-
piscopus archidiacono, vel Balliuus præposito;
ita latum arestum Parisiens. vt testatur Ioan. Gal.
in quæst. per arresta, questione 95. fuit dictum per Are-
stum per doct. in d. cle. pastoralis, & tunc in literis so-
lent apponi hæc verba, Mandons & coman-
dons; & tunc quod præcipitur, necesse est fieri;
fin. 14. quæst. 1. nisi rationabilis causa allegaretur.
cap. si quando de rescri. & superius seripi, in tractat.
de rescri. artic. 1. & 2. Rebuff. de liter. requisitor. in prim.
num. 31.

Conferunt hæc quæ notat Henricus de Bot-
tis in tractat. de synod. Episc. & stat episc. p. 3. art. 2. num.
3. hitce verbis: Nedum statuta Episcopi ligant
clericos, sed etiam laicos morantes in diœcesi
Episcopi, quia laici ratione delicti sunt sub Epi-
scopo & cap. nouis. de iudi. ita notat Gemi. in d. cap. 2. 12.
10. notab. de constit. in 6. vbi Phil. Francus in §. sta-
tuto 2. notab. eiusdem cap. & latius ibi hoc idem ex-
aminat & attingit, dominus Iohannes Crorus et-
iam 2. notab. dicens; quod ex quo committitur de-
lictum, prohibitum statuto Episcopi, in eius ter-
ritorio, ratione delicti, sortiuntur forum laici. sa.
penul. cap. 5. de foro comp. hanc etiam ampliationem
tenet Baptista de sancto Seuerin. in l. omnes populi.
col. 28. vers. ex quorum dictis ff. de iustit. & iure
Angel. consil. 64. incip. quoniam nihil. versic. super
proprio. & vult Federi. de Senis. consil. 95. incip. super
questione col. fin. & eandem ampliationem. propter
lupta dictos, tenet Laurentius de Rodulphis, in
tractatu de usuris q 133. quem refert, & sequitur Io-
an. de Anania in cap. cum in diœcesi col. 5. versicul. adde
etiam de usuris. & eandem etiam tenet Aufferinus
in repe. cle. 1. de off. ordi. tractatu de potestate ecclesiastica
super laicos, in casu 125. faciunt pro hac ampliatione
quæ dixi supr. in preceden. articulo conclus. 14. in 2 il-
latione. facit etiam, quia laici ligantur statutis
Archiepiscopi factis in synodo provinciali in
materia spirituali cap. fin. 18. distin. vbi Doctores: et
go pariter debent ligari statutis Episcopi, in ma-
teria eadem cuius iurisdictioni immediate sub-
stant.

Et hæc de ordinario iudice dicta suffici-
ant.

Sed quid & de delegato statuendum? Et licet 13
dubium sit, an possit; quia delegatus executio-
nem

nem non habet, & simul, atque iudicavit, siue bene, siue † male, functus est officio, omnisq; eius iurisdictio finita est. *text. in l. si ut proponis 4. & ibi Bartol. C. quomodo & quand. iud. c. in literis. c. querenti de offic. deleg. & ibid. Felin. &c.* Tamen eum posse plurimi volunt, post Innocent. Leopold. Dick in aconom tit. de execut. Gail. d. loc. Graueus conclus. 115. numer. 1. post Abbat. Roland. Rebuff. Nauar. Menoch.

Id tamen absolute non obtinere, sed ita distinguendum quidam arbitrantur: Quod aut est delegatus Imperatoris vel Papæ, & possit: aliis non possit, ita hanc rem Frider. d. loc. determinat: consequens esse videtur, (inquit) ut neque delegatus, multo minus pars ipsa brachium seculare possit inuocare, nisi singulare ab ipso ordinario, qui exequi debebat, mandatum sit concessum. Et ita quoque hoc consideratum in causa Westerhold contra Halberstadt 25. Iunil. Anno 86. quamvis delegatum Papæ & principis recte magistratum secularem pro exequenda sententia requiri dicunt. per c. sane 2. c. significasti, de offic. deleg. c. pastoral. §. præterea. & ibi. not. de offic. ordin. Minting. respons. 6. num. 6. In eandem sententiam viderunt & descendere Mynsing. decad. 1. respons. 6. n. 5. Sic ergo in nostro casu, Officialis curie Bamberg. potuit seculares Magistratus etiam requiri ad exequendam sententiam à se latam: maxime cum fuerit delegatus Papæ, referens ipsius Papæ vices: Nam delegatus Papæ vel Principis, in causis sibi commissis, representat vices Papæ vel Principis, & ita supremum locum tenet. ca. sane 2. c. significasti, de offic. deleg. c. pastoral. §. præterea & ibi per gl. & Dd. de off. ord. arg. c. p. dist. 9. 3. & 1. dist. 9. 4.

Alii præterita hac distinctione, quæ nec apud me scrupulo caret, prout constat ex traditis de Commission. cap. 5. lib. 3. p. 1. & in specie lib. 5. cap. 5. ita hanc rem componunt, facta distinctione, an facultas hæc addita sit in commissione, vel omissa, de priori cum non sit dubium, † quin tunc non solum possit, sed etiam teneatur, per ea quæ notavi, in tractatu de Commis. lib. 2. cap. 27. p. 1. de mandatis penitibus & de stricta interpretatione Commis. lib. 3. ca. 2. p. 1. quippe cum ad vnguem omnia seruari debat. Latus non ago, sed tis saltē addo, quæ de mandato stricte † sequendo notauit Conradus Brunus Iurisconsultus, in tractat. de legationib. lib. 3. capit. 4.

Alterum inquit, est, ut fines mandatorum diligenter custodiantur, ne quid vel contentum in mandato omittatur, vel quod continetur, contra formam in eo præscriptam, agatur. Hoc præceptum seruabant legati à senatu Rom. Tarentum ad res repetendas missi: hi enim cum grauissimas iniurias accepissent: vnum etiam vrina aspersus esset, in Theatrum, ut fuit consuetudo Græciæ, introducti, legationem quibus acceperant verbis peregerunt: de his quæ passi erant, nihil conquesisti, ne quid ultra ac mandatum esset, loquerentur. Acholorum Legati, cum liberis mandatis, ad petendam à Romanis pacem, si possent & quis: si minus tolerandis conditionib. missi, grauiore à Romanis responso accepto, maluerunt, nullo etiam reddito responso, domum regredi, ac re integrâ, prætorem, & principes consulere, quam ipsi, et si liberis mandatis instructi quicquam decernere.

Pulcherrime idem declarat l. 3. c. 5. Illud præterea ait in vtraq; iurisdictione administrâda curabunt Legati, ne mandatorū fines excedant, neq; enim is tantum suscepsum mandatum negligit, qui id non impleuerit, sed etiam qui, aliud faciendo excescerit, & vterq; sane mandati fines transgreditur, ille deficiendo, † hic vero excedendo, excedunt 18 autem, qui aliud, quam mandatum est, gerunt, veluti si Legatus Apostolicus de criminibus Episcoporum, Legatus Principis de feudis imperii, aliisue maioribus causis, sedi Apostolica & Principi reseruatis, si id expresse in mandato non continetur, cognoscant, similiter, qui data iurisdictionis modum excedunt, ut si Legatus Proconsulis custodiatur cognitione mandata, vel innocentes liberet, vel nocentes condemnent, nam hoc genus mandati extraordinarium est, nec Proconsul gladii, vel cuius alterius coercitionis potestatem sibi datam, ad alium transferre potest, itaq; Legatus de custodiis cognoscendo, mandatum facit, liberando vero reos excedit. Et hæc de prima parte distinctionis.

De posteriori maior est controversia, nam esse hanc facultatem magnam, & continere maxima iurisdictionalia, ex superioribus patet: illa ergo non venire constat. In generali enim mandato non continetur, quod potest in magnum domini præiudicium vergere, nam de eo mandans non præsumitur cogitasse. Ratio rationis hæc est, q; delegatus persona † delegantis fungitur, cui non 19 habita matuta deliberatione, delegatus præiudicare non debet. Has similesq; rationes expendit Frider. de Senis cons. 163, allegans c. edoceri. & ibi gl. & c. nonnulli de rescr. in fi. & dicit tenere Archidic. in c. officium de heret. in 6. easque repetit Barth. Roder. Calderon. in manual. iud. c. 10. n. 59.

Secundo pro hac opinione facit, quod plerumque soleat id apponi in mandatis, ergo omnissimum videtur reseratum domino pro cognitione interponenda. Hinc in simili in Camera Imperiali Commissarius etiam imperialis, hæsitare debet, cum in mandato facultas subsidiales impariendi expresse data non est, quod à me notatum † in tract. de Commis. c. 4. l. 5. p. 1. n. 21. hisce verbis: Quānus non ignorem, partes s̄a pe petere, vt Commissario detur licentia, impariendi literas mutui compassus, & tunc hoc modo interloqui iudicem: das die Commissarii sampt' vorigem gewalt machi ha- ben / Compas / vnd gebürliche Hilfsbrief ant freimde örter zu geben / hoc est, vt Commissarius, præter ante concessia, potestatem habeant literas mutui compassus ad loca extranea concedendi. Ita cum secunda dilatatione iniunctum fuisset Commissario, vt mutui compassus literas decerneret, in causa Bentheim contra Münster / 1551. 6. Mart. Similiter in cœla Schönberg contra Eschenaw/ Commissarius expresse dixit, tibi non licuisse literas mutui compassus decernere, & ideo ad committentem tensisse, sed eum responsum non aciperet occlusit Rotul. De quo vide forma. 5. b. tit. Si ergo in specie hæc facultas concedenda est, sequitur eam sub generali mandato non contineri, refert Sayler An. 15 16. 15. Septem. Sic decretam hanc facultatem vna cum commissione in eodem decreto Sayler. An. 1550. 5. Septem. & an. 1565. 26. Septemb. Et habet hanc rationem, quod singula-

rem causæ cognitionem desideret, ne temere concedendo Imperii aut Cameræ iurisdictioni, quidcedat. Hinc Camera sæpe solet denegare examinationem per literas mutui compassus, ut factam in quadam causa homicidii, vbi ad probandum innocentiam, Hallenses petebant à Comite von Hohenlohe/literas mutui compassus, vt curaret Testes examinari, q; cum comes denegaret, allegando ad se spectare delinquentem punire, cognati captiui, pro literis mutui compassus supplicarunt, sed frustra, quia Camerale nolent illum destituere sua possessione: & Camera potius, si id petiissent ex officio decreuisset Commissarios, tandem tamen promotoriales ad comitem decretæ.

Et licet pro hac distinctione, & alia multa disputari possint, ex iis quæ notant Canonistæ Archidiac. dict. cap. administratores. 23. quest. 5. & Abb. Sicul. in c. si. de excessib. Prelatorum, & Andr. Barb. in cap. significasti, de officio delegat. & iterum Archidiac. in cap. vt officium de heret. lib. 6. & Oldrad. d. consil. 89. Et hanc sequatur Martin. de Fano. in tract. de brach. seu auxilio implorando n. 3. Contrarium tamen hoc casu, nisi expresse constaret de magno præiudicio superioris, vel delegantis, statuendum puto, hoc argumento motus, quod commode non potest officio fungi delegatus, nisi hac facultate concessa. Et quod quando aliqua res permittitur, vel prohibitur, omnia, quæ ex ea sequuntur præmissa, vel prohibita censentur, vt textibus demonstrat in hac tamen Rod. Calderon d.l.n. 6. Idque maxime tunc procedit, si causa delegato sit commissa adiecta clausula, tamen cum incidentibus, dependentibus, & connexis, tunc enim ex sententia Aegid. de Bellam. decis. 328. veniunt ea quæ sunt eiusdem naturæ, cuius est ipsa causa, scilicet de iudicialiter agitandis, de quo dicit, nunquam obliuiscaris, & quia concessa iurisdictione in genere, veniunt ea, sine quibus iurisdictione non potest expediri, etiam si sit maioris iurisdictionis, per l. quotiens. C. de iudic. vt Bartol. in l. 2. colum. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Sed hoc intelligit Felinus, vbi supra, dummodo sint eiusdem speciei. tamen Facit ad idem, quod tenet Rota decis. 23. in tit. de procurat. vbi ait, quod licet procurator possit necessaria ad causam, non tamen grossa, quæ possit dominus, sicut offerre se ad sponte confidendum, consentire testium examinationi, sine citatione, & similia, quæ non veniunt in mandato, sicut nec donatio, aut liberalitas secundum Felin. vbi sup. in 3. colum. versic. Et dicit Rota. Sequitur Auiles ad cap. I. Prætor. in verbo, mandato. num. 28. vbi latius, quomodo dicta clausula accipienda sit, explicat. Vnde & ego in simili d. loc. num. 20. in literis subsidialibus idem statuti sequentibus verbis. Illud præterea queritur, an Commissarius, si in commissione nulla fiat mentio literarum mutui compassus, eas decernere possit? Et dicendum quod, nomen enim citationis hoc importat, vt si non directo, per indirectum citetur, dum enim iniungitur, eum citare debere personas nominatas, sive ecclesiasticas, sive seculares, satis innuitur eos, qui directo non possunt, per obliquum vocari posse.

Ethanc sententiam sequitur Agia concl. I. f. 121. Menoch. d. loc. n. 360. quem imitatur, predicta mea verba de commissionibus recte assecutus: prout illa citat, Græxus concl. 116. num. 2. Bermund. de

public. concu. fol. 31. num. 7. & 8. Caualcyn. de brach. reg. p. 4. num. 257. Frideric. de Senis. d.l. post Innocent. Host. Specul. Archid. Bart. Rodericus Calderon. d. loc. n. 59. & 60. Si tamen tamen delegantem, sine longa mora posset provenia, absque magnis & ipsius impetrantis & partium sumptibus interpellare, non dissuaderem priorem opinionem, tanquam tutionem amplecti.

Qua sententia tamen non obstant in contrarium adducta. Respondetur enim ad primum, rationem illam assignatam, specialem esse exceptionem regulæ, quod generale mandatum omnia complectatur, in quibus terminis si versetur delegatus, eum à regula ad exceptionis doctrinam con fugere debere suadent iam deducta: Vnde & in specie huic obiectioni sic respondet Frider. de Senis: non obstat, inquit, quod iurisdictione delegata est restringenda, quia habet locum, vbi per delegatam iurisdictionem derogatur iurisdictioni ordinariæ, quæ est fauorabilis, & ibi quoq; respondet ad alia, quæ in contrarium possunt adduci.

Secundum, hac ratione eneruat Agia. dict. loc. quod licet in rescripto quandoq; adiiciatur clausula, inuocato ad hoc auxilio brachii secularis, si opus fuerit, illud est ad super abundantem cautelam, sicut in materia e. mandatum de offi. deleg. & de stylo curiæ interdum exprimuntur clausulae, quæ suapte natura insunt, vt tradit Imol. in d.c. significa. sti. col. 2. Præter has duas opiniones tertio nonnulli distinguunt alia ratione, de quibus tale Beretta, consil. 4. n. 24. est iudicium: At subsequens ponderatio reflexitur & confirmat antecedentia, nam q; in quest. proposita ibi per Doctores an delegatus possit inuocare brachium seculare, duplex opinio fuerat, altera affirmativa, & communis, quæ fuit Innocentii, vt Decius post Abbat. ibi testatur col. 2. sub n. 4. Bero. num. 24. vnde deprehenditur, quod iam dictum est: Innocentium ibi loqui de ordinario seculari, altera negativa, quod non possit: iam si negativa retineatur, monet ibi Ioan. Andr. remedium esse, per quod adhuc delegato concedatur brachium seculare habere pro executione suæ sententiae, si scilicet executionem ordinatio ecclesiastico committat, vt vult negativa opinio contra Innocentium, illicet mandet, & eum compellat, vt auxilium brachii secularis inuocet sic Ioan. Andr. ibi refert Bero. num. 26. atque alios communiter sequi, quæ omnia luce clarior ostendunt Doctores, cum post Innocent. communiter sentiunt, delegatum non posse manu militari exequi suam sententiam, sed ad ordinarium recurrere debere, qui ipse id facit, & intelligi de ordinario seculari, non ecclesiastico, vt ex aduerso imaginati sunt; vt autores aliquos graues sententiae aduersæ assertores habent.

Hæc tamen quæ de delegato diximus, ita accipienda sunt, vt locum habeant, tamen nisi primo constaret de incompetencia delegati, Menoch. d. remed. 3. sub n. 360. vers. debet tamen index. Secundo, nisi delegati sententia esset iniusta, quo casu exceptuanda neutram est ad literas subsidiales, adnotat Ioan. Petr. Surdus consil. 4. oj. num. 1. licet ibi in rationibus dubitandi versetur, auctoritates nihilominus à se citatae hanc declarationem pbant. Magon. post Myng. Floren. decis. 104. n. 18. Tertio non

non impartitur brachium ad requisitionem delegati iis in casibus, in quibus ecclesiastico iudici committenti denegandum esset, post Menoch. Græxus. concl. 115. n. 3. 4. & 5. Illud ad extremum circa delegatum queritur: an prius delegantem;

27 an vero iudicem laicum requiriere + debeat, ad quod verbis Menoch. respondere libet, de pos. rem. remed. 3. n. 366. Et si, inquit, cōtentio est de possesso laicorum, tunc per modum simplicis requisitionis debet requiri iudicem laicum, ut sententiam exequatur, si vero est possessio rei ecclesiastice, tunc si per se non potest, debet prius require iudicem ecclesiasticum ordinariū: & si non potest, tunc ad brachiū seculare recurrere debet. Ita docuit Zabar. in clem. 1. q. 10. de offi. dele. atque ita declarat Feli. in d. c. significasti. eod. t. n. 2. & Nauar. d. c. cum contigat, vers. non obstat de res. rip. Hinc intelligimus errasse Dec. qui in d. c. significasti. n. 4. absolute censuit, prius esse requirendum auxilium ecclesiastici, & Decium secūus est Rol. cons. 37. n. 6. lib. 1. verius est, ut distinguamus, ut supra, vel etiam cum Fredericō de Sen. cons. 163. col. 2. & Nauar. vbi supr. dicere possumus esse in arbitrio delegati prius require auxilium ordinariū ecclesiastici, vel non require.

Adde quā in hinc sententiam differit Dick in econom. titul. de execut. §. Et est aduentendum. Quod si inquit, exequitor subsequutorem habet, qui tamen executioni præsse realiter non potest, hic tunc non solum brachiū seculare, sed & spirituale potest invocare, ad expellendū detentatorem, & ad inducendum verum possessore in possessionē 10. q. 1. c. petimus 24. q. 5. d. Ligur. etc. administratores. Alter canonistæ distinguunt ut videre licet apud Lælium Iordan. in tract. de maior. seru. q. capit. caus. Episcop. c. 8. n. 15. his verbis: Sunt autem in hac quæstione de delegato, distinguendi tres gradus: Primus. Delegatum, per se non posse: Secundus, ordinariū ecclesiastici auxilio; vel, ut loquimur, per ordinarium ecclesiasticum posse. Tertius, si non possint ambo, per brachium seculare. Atq; ita declarat etiam Felia. in eod. c. significasti n. 7. Vers. si vero de reb. ecclesiast. & tunc si non potest, inuocet ecclesiasticum ordinarium &c. & not. summ. Tabiens; in d. n. 10. in verb. delegare, vers. & sic sunt tres gradus, ac dixit etiam Henricus de Boic. in dict. c. significasti. in vers. & tunc per ordinem requirendus est primo, &c. & ibi. n. 46. Vel etiam responderi recte potest, Delegatum prius require ecclesiastici ordinatii, quā secularis auxilium, & si fortasse solum non sufficeret ecclesiasticum, tunc posse ad secularis auxilium configere. Cardin. in clem. 1. q. 10. de offic. deleg. & not. etiam Casalensis ille recētior, dictus Rolan. à Valle Senator Montisferrati, in consil. 37. omisso mu'ilo quio nu. 6. vol. t.

Illud tamen iudex hic considerabit ut iubeat si bi delegationem ipsam exhibeti. Nam tū iudex secularis non debet exequi sententiā Apostolici delegati, nisi sibi sit faciat de delegatione, & sic de sua cōpetentia; ut probatur in l. crimin. C. de iurisd. om. iud. vbi puniuntur iudices exequentes sententias iudicium incompetentium, & subdunt in proposito Bal. & Sali. quod cautus debet esse iudex secularis à quo per delegatum imploratur brachium seculare, ut videat, an sit ille iudex cōpetens, necne, nam si erit incompetens, non debet præstare sibi ministerium alicuius obedientiæ, vel executionis,

Hoc loco tū ad extremum aliud adhuc attinet.²⁹ gendum, an successor teneatur patere literis ad prædecessorem directis: quam rem cum apposite decidat Couarr. nec meliorem resolutionem inuenire hoc tempore licet, utrū ipius verbis, quæ t. 11. practic. q. in prin. continentur, quæ ita se habent: Scio semel in forensi exercitatione controversum fuisse; cum essent literæ requisitionis solennes decretæ, & iudicibus quibusdam destinatae: Contigit etenim iudicem requirentem, ante harum literarum præsentationem, & publicā cognitionem, morte obiisse, vel officio publico functum, aut priuatū esse, nam quidam existimarent, non teneri iudicē; qui modo post obitum, aut priuationē iudicis requirentis admonetur, & requiritur easdem literas, quas requisitorias dicimus, exequi & effectui mancipare, quasi vires harū literarum defecerint omnino, deficiente munero, & officio publico, apud ipsum iudicē requirentem integraliter, ad exemplū iudicis delegantis, & delegati; Cum officium delegati expireret, mortuo re integrā delegante, s. gratum, de offi. dele. l. & quia s. de iurisd. om. iud. §. item si adhuc. Inst. mandat. l. mandatū. C. mandat. l. si quidam C. de act. & obli. Nos vero contrariū respondimus, ac modo idem respōdemus, dubio procul censemtes, teneri iudicem requisitū has literas in hac specie exequi, nec posse hanc executionē effugere, ea ex causa, quod iudex requirens ante requisitionē morte obierit, vel officio publico fuerit functus. Hanc vero sententiam, ne quis eam in dubium reuocare contendat, aliquot rationibus cōprobare conabimur; primū in eius probationē adducētes tex. Iuris. in l. fundi venditor §. vlt. ff. de acq. pos. ita enim inquit Pomp. Itē si amic⁹ venditoris, mortuo eo, priusquam id sciret, aut non prohibentibus hæreditibus, id fecerit recte possessio ei tradita est; Sed si id fecerit, cum sciret dominum mortuū esse, aut cum sciret hæredes id facere nolle, contra-erit. Hactenus Iuriscons. ex quo passim Dd. adnotarunt, mandatum ex causa necessaria non expirate, morte mandantis re integra; Nam qui vendiderat fundum, mandauit amico, ut eum traderet empori, & tamen ante traditionem mortuo venditore, respondit Iuriscon. mandatū ignorantem mortem, vel non prohibētibus hæreditib. recte tradere emptori possessionem fundi venditi. Qua ratione præmissam opinionē Bar. & alii probarunt in d. §. vlt. gl. in l. eius qui in provincia. §. quas vero. vers. nam & sitib. & ibi Bar. & alii ff. si cer. per. gl. Bar. & Alber. in l. 2. §. sed si quis ff. de don. Roman. cons. 202. Fran. in t. si super gratia. de offi. deleg. in 6. Henr. in c. quoniam Abb. de offi. dele. Hippol. sing. 44. Bal. in l. mandatū. C. mandat. 4. opposi. Imol. in l. iū pater. §. Mæuio ff. de leg. 2. quorum opinionem sequuntur, ac satentur communem esse Iaf. in l. mors n. 6. 2. ff. de iurisd. om. iud. Arer. & Claud. in d. l. fundi venditor §. vlt. ff. de acqui pos. cui sententiæ patrocinari videtur tex. in d. c. si super gratia. Igitur cum iudex requirens teneatur omnino pro executione iustitiæ literas indici requisito destinar, & sic teneatur in specie istum actum ei delegate, committere, aut saltem eius ministerio agere, manifestum sit, non cessare, nec finiri mandatum istud per mortem iudicis requirentis, nec per officii functionem, priuatione, aut amotione secuta. Hac vero ratio, etiam si communis sit, cōuniq; omnium cōsensu probetur, dubia nihilominus

est. Nec enim satis iure probatur, mandatum ex causa necessaria procedens morte mandantis non expirare, nec extingui, siquidem in d.l.fundi venditor §. vi. hoc nequaquam constat. Imo fortassis contrarium, si quis diligenter obseruauerit. Primum equidem apparet ex eo responso, non recte tradit possessionem à mandatario, qui sciuerit mandatorum mortem obiisse: ergo dubio procul palam est, mandatum illud morte extinctum: alioqui posset mandatarius certus de morte mandatoris exequi mandatum, & possessionem tradere. Sic sane glo. in l. sed interim §. si vxor. verste. conditione ff. de don. inter vir. & vxor. expressum not. ex dict. l.fundi vendor §. vlt. mandatum morte mandantis reuocari. Nam cum mandantis mors non inducit mandati reuocationem, minime necessaria est distinctio illa, utrum mandatarius rescuerit mortem mandatoris, an non, quæ tamen traditur in d. §. vltim. quemadmodum in mandatis, quæ morte non extinguuntur, probatur in l. mortis causa capi-
mus. §. Titia. ff. de deu. caus. mor. l. si vero non remuneran-
di §. vlti. ff. mandati notat Bart. in l.z. §. sed si quis ff. de
donationi. Fit tandem ex his, non probari in dict. l.
fundi vendor. communem conclusionem, quæ ta-
men alibi, quod ipse sciam, nusquam probata, iuri-
is utriusq; regulam contrariam omnino habens,
erit profecto faciliter refellenda, nec iure pote-
rit admitti. Nec quicquam refert, quod Bartol.
Angel. & Alexan. in d. l. fundi vendor §. vlt. & Iaso.
in d.l. eius, qui in prouincia §. quas vero. scripserint, a-
pud iurisconsultum alternatiua adsumi pro co-
pulatiua, ut mandatarius, qui morte mandantis
sciuerit, & ab hæredibus fuerit prohibitus posse-
sionem tradere, non recte eam tradiderit, quasi
mandatum modo per prohibitionem hæredum
expresse reuocetur, nondum morte mandatoris
extinctum. Quæ quidem interpretatione maximā
vīm & violentiam infert iurisconsulti responso,
in quo non temere bis alternatiua dictio contine-
tur, iuxta propriam eius potestatem, & significa-
tionem, nisi quisquam hallucinetur, omnino in-
telligenda, cum & in priori parte alternatiua pro-
priam vim habeat, sicuti ab omnibus receptum
est, qui fatentur, recte à mandatario possessionem
traditam fuisse, cum is nondum sciuerit mortem
mandatoris, etiamsi hæredum consensus expre-
sus, vel tacitus non accesserit. Idcirco, si post mor-
tis scientiam, etiam non prohibentibus hæredi-
bus, mandatarius retradiderit, non erit recte tra-
dita possessio, secundum veram & propriam præ-
citatæ responsi interpretationem, quicquid alli-
fuerint hac questione commenti. Sed & commu-
nis conclusio adhuc non probatur in dict. c. si super
gratia. de offic. deleg. in 6. Nam ea decisio specialem
rationem habet, propter executionem gratiae,
quæ semel à summo Pontifice concessa, eius mor-
te non finitur, imo valida manet, & ideo, ne fru-
stranea sit, executor datus poterit, mortuo Rom.
Pontif. qui eam concessit, eandæ executioni man-
dere. Nec in eo casu scientia mortis impediret
gratia executionem, cum ei executor sciuerit,
Romanum Pontificem mortem obiisse, nihilominus
poterit gratiam ipsam exequi, secundum commu-
nem illius capituli interpretationem. Quod non
ita erit admittendum in specie iurisconsulti, in d.
l.fundi vendor. Nisi quis velit temere à propria di-
ctionum significatione discedere, deinde illud est

iuris constitutissimi, mandatum morte mandantis
finiri re integra, etiam ipso mandatario mortem
ignorante. tex. insignis in §. recte. In fit. de mandat. l.in-
ter in prin. ff. mandat. not. glo. & omnes, in l. manda-
tum. C. de mandat. l. eius qui in prouincia. & ibi Alex. &
alii communiter, ff. si cert. pet. l. si quis §. morte. ff. man-
dati. glo. in Clem. I. in verb. teneant, de renunciatione.
Idcirco non video, quod referat, aut qua ex causa
in d.l.fundi vendor §. vltim. scientia vel ignorantia
mortis consideretur, si ibidē de mandati reuoca-
tione tractaretur. Nihil enim ad mandati reuoca-
tionē pertinet sciētia mortis, ut probauimus. Ig-
nitum cum à iurisconsulto distinguatur sciētia mor-
tis ab ignorantia, plane consequitur, ab eo nō tra-
ctari, nec ambigi, an mandatum in eo casu fuerit
per mortē mandantis reuocatū. Hinc sane sit iu-
risconsultum tantum respondisse, possessionem
recte traditam fuisse à mandatario ignorante mor-
tem mandatoris, etiamsi mandatū iam morte fini-
tum fuerit, non tam en dominiū, ad exemplū eius
procuratoris, qui expressam mādati reuocationē
ignorans bona fide rem tradiderit, transfert enim
is possessionem, l.mandatum distractabendō ff. mandat.
dominiū autē nusquam trāfertur à procuratore,
cuius mandatum reuocatū est, etiam si ipse bona
fide rem tradiderit, minime certus de reuocatio-
ne tex. in d.l.eius, qui in prouincia, §. quas vero. glo. &
omnes in d. Clem. vnic. in verb. teneant, de renuncia. o-
ptimus tex. in l. Papin. ff. de publico. in rem actio. & in l.z.
§. sed si quis ff. de donatio. Hæc deniq; aduersus com-
munem sententiam adnotauit Petrus Stella in in-
terpretatione d.l.Papinian, quo in loco à Iason. dis-
cedit, qui in d. §. quas vero, communem opinionem
veram esse censet, etiam in reuocatione expressa,
ut tandem mandatum ex causa necessaria, etiam
re integra minime expirat per exprestam reuoca-
tionem. Quod probat autoritate tex. in d.l.Papin.
& tamen in eo casu res non erat integra, & ideo
mandatum non potuit reuocari adhuc expresse,
quia re non integra mandatum, etiam expresse re-
uocari non potest, saltem regulariter glo. l. si pater.
C. mandat. probaturque in d. §. recte, l. respon. & ideo
non satis virget pro Iasonis opinione locus ille iu-
risconsulti. Imo Iasoni reffragatur tex. in l.fundi ven-
ditor. §. vlt. ubi mandatum processit à causa neces-
saria, & nihilominus expirat, & finitur expressa re-
uocatione hæredū, qui quantū ad reuocationem
expresstam mandati, nō habent maiore potestatē,
quā mandans ipse, si viueret l. in hiis §. non debo ff. de
reg. iu. l. cum hæres ff. de diuer. & temporal. prescrip. Ergo
si in d. §. vlt. potuit hæres mandatū ex causa neces-
saria datū post mortē mandatoris reuocare, poterit
& ipse, qui mandauit, viuens idē agere: quamobrē
Iason. opinio non iniuria refellitur. Ex quib. nunc
omnino certū fit, q; ex d.l.fundi vendit. §. vlt. secundū
communē interpretationē adduximus pro easen-
tentia, quā pbare hoc in loco instituimus, tametsi
ea opinio cōmuniſ, & receptæ sententiæ autoritatē
habeat. Secundo hoc ipsum probatur autoritate
Bart. in l. & quia ff. de iurisd. ov. iu. aut potius in l. more
n. 6. qui scribit, nuntiū, cui est mādatū missionis in
possessionē iniunctū & decretum, posse, mortuo
mandante, eandē posles, tradere, & illud mandatū
exeq. ea quidē rōe, q; hoc in casu nulla fiat delega-
tio iurisdictionis, aut potestatis, sed poti⁹ excite-
tur officiū illi⁹, q; potestatē aut iurisdictionē habe-
bat, alteri⁹ mandato subordinatā. Quā opin. Batt.
sc. quan-

sequuntur Imola, & Aretin. in d.l.fundi venditor. §. vlt. Angel. in l. per epistolam ff. de acquiren. here. Felin. in cap. relat. in fin. de officio delegat. atque eandem esse communem assuerant. Iason, & Purpurat. col. penult. in dict. l. & quia. sic denique in praesentiarum officium iudicis iurisdictionem habentis excitatur, & requiritur ad executionem eius, quod alter definiuit, & pronunciauit. Vnde nulla in hoc catu contingit, nec constituitur delegatio, quæ hunc effectum habeat, vt morte delegatis expiret. Tertio, eidem opinioni suffragatur textus, mihi satis eligans, in authen. vt nulli iudicium. §. & hoc vero iubemus, versic. si vero. quo in loco apertius multo probatur conclusio hec, quam in d.l.fundi venditor. §. vlt. Quarto eadem sententia probatur auctoritate Pauli, Angeli Aretin. & aliorum in d.l.fundi venditor. §. vltim. qui expressim afferunt, non extingui morte mandantis, etiam re integra, mandatum, quo iudex qui sententiam tulerit, eius executionem alteri commiserit: Par etenim ratio esse videatur, & in executionibus instrumentorum, quæ iure Regio paratam habent executionem: quemadmodum explicat Roderic. Xures, in l. postrem ff. de re iudic. in comment. ad l. regiam. Quinta ratio poterit in hunc modum assumi ex d. c. si super gratia. de offic. deleg. in 6. etenim hec commissio fit ad executionem actus principalis iam perfecti, vt patet: commissio autem huiusmodi morte committentis minime extinguitur: vt Romanus Pontif. ibidem respondit: Ergo & in proposita questione morte, aut remotione iudicis committentis nequaquam extinguitur. Postremo illud his accedit, quod huiusmodi commissiones nomine digitatis, quæ nusquam moritur, fieri videntur: quemadmodum appetit ex his, quæ nos latius annotauimus in cap. requisisti de testam. & ideo nisi extinguntur morte committentis, argum. à cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. Non tamen insicior rationem istam, quo ad questionem propositam, non omnino erra esse: Cum & potestas delegati finiatur probris per mortem delegantis, re integra contingente, etiam si delegatio fiat ratione, & cœla dignitatis, quam ipse delegans obtinet, nisi expressum solius dignitatis nomen foret adscriptum, ex his, quæ tradūtur in c. si gratiose, de rescrip. & in c. si super gratia de offic. deleg. in 6. His ergo rationibus, ni fallor, præscripta sententia probari iure poterit, eaque potissimum congruit publico iustitiae ministerio, ob varias, ac sepiissimum contingentes iudicium mutationes. Faciunt & hoc quæ notantur in decis. Cam. in verbo Remissionales: his verbis: Remissio non expirat mortuo remittente causam ad superiorem 30 re integras. Nam si viuens iudex causam semel remissam, etiam re integra, renunciare non potest Specul. in tit. de iudic. dele. §. excipiendo num. 9. multo minus per mortem eius, vel per successorem renunciari potest, velexpirare; maxime si remittens, propter dignitatem, in qua est constitutus, iurisdictionem habeat. Dignitas enim nunquam moritur, etiam in delegato Abb. in c. licet n. 7. extra de 31 officio suu. dele. Nec bonum est tamen argumentum à remittente, ad delegantem, hoc catu, propter rationem diversitatis; quia iurisdictione delegati omnino à delegante dependet: Superioris vero ordinarii, ad quem sit remissio, iure proprio nititur. Unde sufficit remittentem semel à se omnem iurisdictionem abdicasse: Ita obseruatum, in causa Reut-

ter contr. Graffen vñnd Haupsleuch des Lands Röttinger/3 o. Ian. An. 67. vt latius in prothocollo Notarii Geisselbech's/ eodem & sequenti die.

C A P V T VII.

De personis Partium, à quibus & contra quas brachium inuocari potest.

S U M M A R I A.

- 1 Brachium an ipsam et vincentes partes possint implorare. Negativa ex sententia Schurff. Qua & in Camera recepta dicitur. n. 2.
- 3 Affirmativa etiam in Camera receptam demonstratur.
- 4 Brachium imploratur contra contemnentem sententiam.
- 5 Brachium contra singulares successores inuocatur.
- 6 Ad brachium seculare an quis se in instrumento valido obligare possit.

TRACTATIO huius capituli ita instituenda est, vt consideretur, primo, an sit pars implorans, vel pars contra quam imploratur. Quoad partem implorantem, illud in questionem ventre potest; an priuatus vincens in iudicio, imploraret per se possit inuocare brachium? Et licet simpliciter dicendum videatur, partem id non posse, idq; non solù ex mente Schurff. qui sicut consi. 33. n. 3. cent. i. Quod tamen iudex non teneatur ad huiusmodi executionem, si requiratur à parte, sed opus esse, vt iubetur à superiore, vel requiratur per eum, qui tulit sententiam. Hinc Bartol. in d. §. 1. (quem sequuntur ibi Legistæ) concludit, quod quando petitur executio sententie per offic. iudicis coram aliquo iudice, quod istud non possit fieri nisi medianibus literis eius iudicis, qui sententiam tulit, allegat ad hoc tex. in l. 1. ff. de offic. consul. & in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicis. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. Idem tenet glossa in l. cum quædam in princip. in verb. generaliter ff. de iurisd. omn. iud. Et dicit ibi Baldus, post Cyn. ita fuisse de facto obtentum Florentia; quod executio sententie fuisse nulla, quæ facta per iudicem alterius territorii, seu iurisdictionis, non habuerat literas primi iudicis: Et est ratio, quod de alieno processu non possit quis se intromittere, nisi sit requisitus. Sed quando est requisitus bene potest, quia tunc imaginem illius gerit, secundum Bal. in l. fin. C. de dict. diu. Adr. toll. Sed etiam quia id in Camera obseruari tradit Frider. lib. 2. de mandat. ca. 65. nu. 6. Querit enim, tamen pars pro qua iudicatum est, auxilium iudicis secularis recte inuocet eamque, questionem decidit. Consequens est, quod quia non delegatus, multominus pars ipsa brachium seculare possit implorare, nisi singulare ab ordinatio, qui exequi debebat, mandatum sit concessum: & ita consideratum inquit in causa Westerholt contra Halberstat. 25. lun. an. 15. 86.

Tamen id non esse perpetuum, tamen contrariis; exemplis edoceri posset, sic enim brachii imploratione anno 1556. 29 April. execucio impetrata à Georg. Einführn Sächsischen Münzmeistern contra die Stadt Norlingen/ auch Annen Breul. leit glaubigerin. Ad partes contra quas imploratur brachium, quod attinet, sic statuendū: tamen ordinarie contra contemnentem sententia excom-

Caput VIII.

municationis implorari, Anchoran, in cap. postulati de homicidiis, dicitur autem contemnere, secundum Hostiensem, qui non satisfacit cap. expubl. de conuersat. coniug. additio antiqua ad consil. 89. Oldrad. Dick in econoin. ord. iud. constit. tit. de execut. vers. est & aduertendum. fol. 570. Et non solum imploratur contra ipsos, sed etiam contra hæredes, aut singulares successores. Nā t̄ videmus, quod literæ executoriales, seu brachium seculare obtentum contra eum, qui primo possidebat, potest exequi contra eius successorem singularem, mediatum, vel immediatum, qui lite pendente, rem super qualiterigabatur, emit, absque nouo iudicio. vt notatur per Bart. in l. creditores. C. de pignor. col. 7. per text. in ca. Ecclesie S. Mariae, vi līte pendent. ita in quadam causa Romanæ curiæ 20. Decemb. 1537. fuit dictum, vt est decisi. in Recoll. Mohed. 12. que incipit. In eadem, sub tit. de execut. rei iudic. de quo aliquid etiam dicemus infra in secunda parte cap. 4 de attent. līte pendente in tertia illat. in quinta ampliatione regula, in dicta illatione posita num. 459. verba sunt Robert. Lancelot. in elaboratissimo de attentat. tractat. part. I. capitul. 3. num. 22.

6 Sed an quis possit se obligare ad hoc; t̄ videlicet, an debitor recte paciscatur, vt possit moueri, & excommunicari, regrauari, & ad brachium seculare deponi, quæsitum est: ad quod ita respondeat Massa Gallo. ad Form. Cam. obligat. part. 3. qu. 3. Pro quorum intelligentia, suppositis pro nouis iis, quæ habentur in cap. P. & G. de officio delegati, & in c. sacro. de sentent. excom. & in cap. cordis oculius. I. qu. 7. & in eisdem locis notat glos. & Docto. ex illis infimam facio hanc conclusionem: Quod si quis dubitet, an per tale pactum prorogari possit iurisdictio alieni iudicis, vt talis index hæc facere possit, & de clericis res est clara, quod non possit id facere sine consensu sui Episcopi: Similiter potest & laicus cum consensu sui Episcopi. Sed an idem facere laicus possit sine tali consensu? quamvis Ant. Butr. voluerit facere certam distinctionem: tamē communis Dd. sententia est, quod nō possit. Vnde sequitur, quod vigore huius obligacionis, via excommunicationis & censurarum non poterit extra Rom. Curiam procedi, nisi per proprium obligati (sive clerici, sive laici) Episcopum, aut eius Vicarium, aut alienum, in quem de consensu proprii Episcopi facta sit prorogatio, & in ipsa Curia per auditorem Cameræ, cui hoc genus causarum est (iuxta superius dicta) præcipue delegatum. Si autem dubitetur, an valeat pactum, q̄ à iudice competenti possit obligatus excommunicari, non præcedente monitione, seu citatione & contumacia? Et in hoc quoque dubio communis est omnium sententia, quod pactum non valeat: & ideo prudenter positum fuit in has formula verbū moneri, ante verbū excommunicari.

C A P V T VIII.

De rebus super quibus brachium potest implorari.

S U M M A R I A.

1 In clericorum bonis immobilibus potest fieri executio, si sub magistratu laico sint.

- 2 Si de regalibus imperii agatur, etiam si persona ecclesiastica in līte sit: Imperatoris est iurisdictio.
- 3 Ecclesia bona non veniunt in statuto de parata executione.
- 4 Ecclesia servet quæsitum dominium, secundum Innocent. est sanctum sanctorum domino.
- 5 An dicta nu. 3. locum habeant, si collectum quid sit ecclie sub conditione aliquid faciendi.
- 6 Donatum Ecclesia non potest etiam ex causa reuocari, facta traditione, limitatur n. 7.
- 8 Executio iuridica excusat à saurilegio.
- 9 Donator potest ab initio conditionem rei adiungere.
- 10 Clerici criminaliter condemnati bona quo deuenient. Immobilia, merum imperium habent: cedunt, num. 11. Etiam in crim. heresos. num. 12. Mobilia episcopii. nu. 13. & quibus nu. 14. Idq; exemplo simili demonstratur. n. 15.
- 16 Ecclesiasticus non potest mittere in possessionem in rebus Laicorum, sed brachium seculare implorare debet. Ratio eius rei. n. 17. & 18.
- 19 Differentia est inter sententiam, qua decernitur immisio, & ipsam immisionem. & n. 20.

IN retractatione rerum, super quibus brachium implorari potest, hoc tantum consideratur, an sint secularium, an vero Ecclesiasticon: Et si ecclesiasticon: an de patrimonio ipsius Ecclesie, vel clericis: Et si clericis: an mobilia, vel immobilia: quæ res ideo diligentius inuestiganda, quia primo sape dubitatur de bonis clericorum, an fine imploratione brachii, contra illa procedatur, an vero requisito prius magistratu ecclesiastico. Ut autem id dilucidius explicetur, ante omnia notandum; aut agi ratione bonorum contra clericum, vel ex causa ciuili, vel criminali.

Six causa ciuili, iterum distinguendum: an illa bona sint sita sub magistratu seculari, an vero ecclesiastico. Et si sub magistratu ecclesiastico: an is sit satis potens ad defendendum illa bona, an vero non: posteriori enim casu brachii secularis inuocationi duntaxat locus est, per infra notanda.

Si sub ciuili magistratu, tunc aut bona sunt immobilia, vel quæ immobilibus æquiparantur; & in iis à magistratu ciuili directo potest fieri executio, t̄ vtor ad hoc authoritate Massuer. in prax. tit. de execut. num. 37. cuius verba hæc sunt: Executio potest fieri aduersus monachum, & alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate, fructus pendentibus; quia si sunt à fundo separati ilz sunt ameubili. Et idem in redditibus nondum solutis, vel exceptis, vt notat in Authentic. causam que Cod. de Episcop. & Cleric. &c. Addantur ea, que notat Bernardinus Laurentius. in tractat. in quibus index secular. potest manu in person. Cleric. sine meru excommunicationis impenerare numer. 17. qui dicit in Francia seruari, vt quando index laicus procedit ad aliquam executionem, in casibus sibi permisis, contra clericum, illa sit in bonis temporalibus, quando habet talia bona. Et hinc Barth. Capua super constitut. reg. in rubric. de sacram. prestantio numer. 1. statuit, Clericum & religiosum posse conueniri coram iudice seculari, in causa ciuili; scilicet, vbi ipsi retinerent, seu possidirent aliqua bona burgensatica.

que

quæ sunt de bursa Imperatoris. Ratio est: quia potius inspicitur qualitas rerum in hoc casu, quam qualitas personæ, & iudicis ecclesiastici, ut & res Imperatoris habeant ampliorem prærogativam, quam aliae res cuiuscunque alterius. Idemque 2 dicendum: si de regalibus imperii eiusque feudis agatur quod notatum in causa Hildesheim contra Braunschweig. Dictis vero casibus exceptis, in bonis ecclesiasticis non proceditur indifferenter, in executionem. Nā sicut in executione paratur bonis militum, concernentibus ipsorum vocationem: ita multo magis istud procedit in bonis Ecclesiæ semel addictis, ut in statuto de 3 pata executione, quantumvis generali, † ea non veniant: cum laicorum constitutiones non ligent clericos, auth. cassa, & irrita. C. de sacro. ecclesiæ. & c. que in ecclesiistarum, extra, de confit. Idemq; procedere etiam in conuentione executiua; vt videlicet manus ad bona ecclesiæ ponи non possit: author est 4 innoc. in d.c. verum. n.2. extr. de foro compet. Quia secundum eum, dominium semel quæsumum Ecclesiæ, sanctum sanctorum est Domino, adeoq; non potest capi, sine incurso sacrilegii, nisi cum autoritate iudicis ecclesiastici, c. null. liceat. cum sequentib. 12. q. 2. facit. §. sacra. Instit. de rerum diuisione. l. Sancimus. C. de SS. ecclesiæ, & §. quoniam cognovimus. auth. de alienat. & emphyr. collat. 9. & toto titulo, extra de rebus eccles. nō alien. c. semel dicatum, extra de reg. iur. in 6. Quod quidem ego, de bonis ecclesiæ, p. prælatum, sub pacto executiuo obligatis, non admou dum pugno: sed quatebus Innocentius, hoc ex- 5 tendit ad bona, etiam collata ecclesiæ, † sub con- ditione aliquid faciendi, & si istud non fiat, quod locus pateat manus injectioni, quasi etiam tunc, lege contractus non seruata, cesser manus inie- cto, istud est contra textum expressum in cap. re- rum, extra, de condit. appos. vbi habetur: siquidem ecclesiæ donetur aliqua possessio, sub cōditione, quod, ea cessante, collatum reuocetur, locum es- se manus inlectioni, cum deficiat causa, ob quam res donata, fuit: l. si extraneus, & toto tit. ff. de condit. causa data a causa nō sec. ac facit, l. creditores C. de pignor. Collatio si quidem facta sub conditione, non ali- ter valet, nisi demū conditione existente, vel ad- impletā. l. qui heredi. §. fin. & l. qua sub conditione ff. de condit. & demonfir. cum l. bac venditio, de contrah. empr. nisi dicamus, Innocentiu loqui, vel de manus in- iectione priuata, vel quæ fiat cum ministerio iudi- cis secularis, tanquam in competentis, c. si diligent, extra de foro compet. aut saltem in casu, vbi prædium donatum iam fuit conuersum in ædem sacram, 6 aut cœmeterium: quo casu, ne quidē, tōb nō ser- uata pacta, poterit, quod donatum est, ab ecclesia reuocari, sed debet donator contentus esse asti- matione rerum, pro quibus agit, Felin. d.c. verum. nu. 9. vers. 2. declaratio. de foro compet. Idque illa ratio- ne, quod mutata est antiqua conditio rei, Anton. de Butr. d.c. verum. nu. 12. per c. ad hoc. extra de religio. 7 dom. † nisi forte negligentia solius prælati, absque culpa collegii vel ecclesiæ, interuenisset, ita decla- rat Felin. in d.c. verum. nu. 7. & 8. vbi etiam Panor. notat, n.2. & Ant. de Butr. n.12. cum Ioanne Andr. & Hostiensibidem, & post eos, hanc opinionem, contra Innocentium, asserit, & sequitur etiā Bart. in l. s. n. 1. ff. vt in poss. legat. seru. causa esse lic. & in l. re- ditors. nu. 4. C. de pignor. ac facit l. si quis curialis. in verb.

ad prælinam sortem, veluti manu iniecta, reuocetur, ibi- demque Salic. nu. 2. C. de episc. & cler. Afferunt rati- onem, † quod executio iuridica excusat à sacrile- gio. l. quanquam in princ. ff. de aqua plu. arc. cum pro-secutio iuris cuiusque, non habeat in se infuriam. l. l. §. vsque adeo. & l. iniuriarum §. 1. de iniuriis c. scienti, & consentienti, extra, de reg. iur. in 6. Licuit enim do- natori ab initio, circa traditionem rei suæ, impon- nere ei legem, † quam volebat, l. in traditionib. ff. de pactis. l. legem quā dixisti C. eod. hanc rationem innuit Ant. de Butr. in d.c. verū n. 12. eaq; sententia cōmu- nis est, teste Ruin. cons. 145. n. 6. vol. 4. quem allegat, & lequitur Menoch. de adipis. pos. remed. 5. n. 25. Co- ler. de process. executiū. part. 2. c. 3. num. 173. & seq.

Si ex caula criminali agatur contra † clericum: 10 notanda sunt monita hue quadranta Ican. Im- bert. in Inst. forensibus lib. 3. c. 16. in verbo: purgati- one: sequentibus verbis comprehensa; Hic qua- drat maxime, ut admoneamus, sacerdotes, crimi- nis pœnā sanguinis commeriti, & honorū publi- cationem inferentis, gratiam, à Rege nostro con- sequi oportere, vt tradit Dn. Chassanæus in consue. Burgun. commenta. tit. si aucun. commet. simple larcin. §. 5. in vers. fil na grace, in fine. Nam clericorum immo- bilia, moribus nostris publicata, merum imperiū, in loco vbi sita sunt, † habentib, acquirūtur, tradit 11 Oldra. con. 17. & Boer. in consuetu. Bitur. ti. de iurisdic. §. 2. & D. Chassan. in tit. des confisca. §. 1. in gl. & appartient. in consuetud. Burgun. vbi id etiā eo produ- cit, quando à iudice ecclesiastico fit immobilium publicatio. Addit quoq; multam pecuniariam, qua iudex pontificius plectit clericum, ob deli- citum, ad iurisdictionis laicæ vindictam spectans, eius fieri, cuius est laica, iurisdictio. Verum si de crimine læse maiestatis clericus condemnetur, immobilia ad Regem perueniunt, vt tradit Guid. Pap. questio. 341. Quod si de crimine hæreseos conuictus sit, nihilominus immobilia efficiuntur † eius, qui merum imperium obtinerit: vt tra- dit idem Guido, quest. 77. Quare non facile assen- tirem Dn. Chassanæo, qui in titu. supra citato, ad fi- nem tradit, quod si iudex regius bona deliquen- tis publicet, ea principi acquiruntur: etenim con- tra fuisse iudicatum quamplurimis curiæ Parisi- ensis arestis compertum habeo, vnde in huius- modi publicationibus, curia illa fete his verbis vti solet: vt bona publicentur, & confiscentur, ei, cuius ea res est, seu cui oportet. Nec refragatur, q; ibi adducit idem Chassanæus: publicationem esse introductam pro oneribus sumptuum, qui in litas capitales sunt: nam Rex, sine æris regi suscep- tor de bonis publicatis, sibi eos sumptus præcipit: nonnunquam pœna pecuniaria in ha- rum expensarum compensationem Regi adiudi- catur. † Mobilia autem clericorum, acquirun- tur episcopis eorum: vt tradunt Oldrad. & Boer. in locis supra cita. Sequuntur enim personam, & non territorium: vt terribit Alexand. I mol. in consil. 16. l. volu. † Sed dubitabatur, cui episcopo ea 13 debeat applicari: an videlicet ei, in cuius diœce- si ea reperiuntur: an vero ei, à quo clericus sacris initiatus est: an autem ei, qui sententiam super criminis profert: an denique ei, in cuius diœ- cesi delictum est commissum: Oldradus e- nim, in consilio supra citato, sentit ei publican- da, & adjudicanda Episcopo, in cuius diœcesi

crimen est perpetratum. At Ioann. Gallus *in qua-*
sto suis q. 91. refert Parisiensis curia: arresto fuisse
pronunciatum; ea mobilia ad illum pertinere E-
piscopum, eique applicari oportere, in cuius diec-
cessi ipsa sunt constituta. Quod confirmatur ex simili
specie, in statutis nostris municipalibus regionis
Pictonicae *† relata c. 130.* vbi mobilia eius, qui sine
herede mortuus est, ei domino applicantur, in
cuius sunt territorio. Idem tradit Bald. *in c. 1. de pa-*
ce tenet per eum text. & latius Alex. Imol. *in cons. 16.*
supra allegato. in quam rem citat text. *in l. ex facto*
proponebatur. S. iurum ff. de hereditib. inst. Porro Steph.
Aufret. in decision. Tholoff. q. 150. scribit, dominum
temporalem, cui essent immobilia clericorum accusati
applicanda ob crimen, non posse conqueri, si e-
piscopus cum clero, coram se etiminis illius con-
viecto, & confessio, transigat, cum fraus in bonis ac-
quirendis nulla sit. *l. cum quidā ff. de iurefisci.* Quod
quidem non parum confert ad id confirmandum
arrestum quo *in lib. 1. supra rem ultimus,* pronuncia-
tum fuisse, dominum feudarium; in cuius feudo
sunt sita immobilia eius, qui crimen commisit,
non posse oppugnare criminis gratiam illi a prin-
cipe factam: quis ex eo criminis immobilia illa ei
fuerint publicanda, siquidem iste, sicut hic, non
potest quis se fraudatum in bonis querendis alle-
gate; Nec non episcopus in exactione multæ con-
tra clericum iudicat, Regi, multam suam repe-
tent, præfert ut, vt not. in arrest. ad finem styli par-
lamen. ad politis, *arrest. 103.*

Et hec prima causa est, quare de differentia re-
rum, proprie sic dictatum, agatur.

Secundo, haec consideratio rerum ad hoc con-
ducit, quod missio in possessione non potest fieri a de-
legato, etiam Papæ, sine hoc remedio, cuius rei te-
stem habemus Purpurat. *consil. 537. num. 3.* sic hanc
rem pertractantem: Quod delegatus Papæ po-
test ubique exercere suam iurisdictionem, ex-
communicando, & aliis modis, quibus iurisdi-
ctio ecclesiastica exerceri solet. Et ita Socin. loqui-
tur *in praallegato consilio;* non tamen potest mitte-
re *†* in possessionem, in rebus laicorum, sitis in ter-
ritorio domini temporalis, seu laici; sed debet
committere, vt executio fiat a judice laico, secun-
dum Innocent. & Bald. *in cap. significasti. de officio*
deleg. quod Doctor. communiter lequuntur, & di-
cit Cardin. *in clm. pri. de offi. deleg. quast. 10.* quod
isto casu debet requirere auxilium brachii secu-
laris, per viam simplicis requisitionis. Nec huic
communi opinioni obstant duo, quæ moderni
adducunt, *in d. cap. significasti.* quos ibi commemo-
morat Felin. *in col. vir. in primo d. Innoc.* *in c. i. de mu-*
tu petitionibus. quod iudex laicus exequitur suam
sententiam in bonis clericorum coram eo reconuen-
ti; ergo pariter ecclesiasticus debet posse exequi
in bonis laici a se condemnati: quia neganda est
ista consequentia, propter diuersitatem rationis:
quia d. casu iudex laicus, non exequitur senten-
tiam in rebus ecclesiasticis, sed in prophanicis,
quæ sunt in territorio ipsius iudicis exequen-
tis, quo caret delegatus, & propterea non potest
17 facere *†* missione in possessionem: vt in similis
Bald. dicit, *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colun.*
penult. ff. de officio. procons. & lega. & latius dixi. in l. im-
perium. ff. de iurisdict. colam. 5. versic. & ex predicta con-
fusione. Secundo mousebantur d. moderni, per

l. magis puto. S. illud. ff. de rebus eorum. † vbi iudex do-
miciliū pupilli, præstat autoritatem, in alienatio-
ne rei pupillaris, existentis extra suum territo-
rium; Ergo eodem modo delegatus potest con-
cedere missione in possessionem in alieno ter-
ritorio; sed nec istud aliquid concludit contra
communem; quia, & si iudex domiciliū possit ta-
lem autoritatem concedere: non tamen posset
emptorem mittere in possessionem, in alieno
territorio; sed deberet rescribere iudicii territo-
rii; vt ita faceret; iuxta gloss *in l. quædam puella in*
princ. vbi dixi. ff. de iurisdict. omn. iudic. & sic in propo-
sito delegatus, vel ordinarius ecclesiasticus, ha-
bent autoritatem in causa coram se pendente
pronunciandi, aliquem esse mittendū in posses-
sionem: non tamen possunt re ipsa mittere, sed
debent requirere dominum seu iudicem territo-
rii, vt dicit communis opinio. Nam aliud est,
pronunciare; aliquem esse mittendum, *†* & aliud
est, re ipsa mittere: quia per primum, nulla sit in-
iuria domino territorii; sed per secundum sic, si
non requiratur; & quia in primo adest iurisdi-
ctio, cuius exercitium impeditur in secundo, pro-
pter parentiam territorii: & maioris iurisdictio-
nis est, mittere in possessionem, re ipsa, tanquam
sit mixta imperii, quam ferre sententiam *†* de mit-
tendo in possessionem; quod est simplicis iuris-
dictio, gloss *in l. prima. ff. de iurisdict. omn. iudic. in ver-*
bo. possessionem; vbi comprobauit per multa, post
Bald. & Alex. *col. 6.* & ita in omnem euentum ex-
cusatino possumt d. condemnati, quin rem illi-
citat fecerint.

C A P V T IX.

De natura causarum, & quæ mixti
fori dicantur.

S V M M A R I A.

- 1 Mixtae actiones in iure.
- 2 Mixtae causa, iurius sicut divini, & ecclesiastici.
- 3 Quare de mixtis hic agatur exemplo Cameralis do-
cetur.
- 4 Sacrifegii crimen an sit canonici, vel ciuilis, an vero
mixti fori? Et eius questionis vsus. n. 5. & decis. n. II.
- 6 Blasphemia, est mixti fori.
- 7 Periurium Deum vltorem habet, & cuius fori?
- 8 Iuramentum quomodo Prætor tueatur.
- 9 Ex iuramento an actio nascatur.
- 10 Fidem frangens graviter peccat.
- 12 Iuramenti ratione quando, & quibus casibus secula-
ris cognoscatur.
- 13 Baldi inuenientia in canonistis.
- 14 Sortilegium cuius fori, controvèrtitur.
- 15 Sedomia cuius fori?
- 16 Adulterium cuius fori late distinguendo evoluuntur.
- 17 Adulterio que pena constituta?
- 18 Stuprum est mixti fori.
- 19 Concubinatus cuius fori?
- 20 Concubinatum Aristoteles improbat.
- 21 Vizza cuius sit fori, varie distinguendo discutitur.
- 22 Patronatus in cuius fori distinctione explicatur.
- 23 Decima cui foro ascribantur variis distinctionibus
endatur.
- 24 Quæquier regula, vel potius monita circa doctrinam
de mixtis causis proponuntur, que omnino in con-
sideratione, ne hic erretur, habenda sunt.

- 25 Regula seu monitum primum ex Castellion.
- 26 Regula secunda ex Coelnero.
- 27 Regula tercia ex Hypolit. de Marfiliis.
- 28 Regula quarta ex Decio, & Agia.

CIRCA causas earumque naturam, non minor hic, immo exactior exigitur cura. Vix enim illa quæ infra, de modo procedendi, (in quo nervus totius tractationis consistit) intelligi possunt, nisi exacta hic causa inquisitio instituatur, vnde enim ea, quæ ibi proponentur, cognoscere licet? nisi causas earumq; naturā cognitam habemus nihil enim prius ibi queritur; quam hoc; An causa sit mere canonici, an vero mixti fori? Quæ distinctio ratione mixtionis, nō est inusitata. ¶ Sic enim, vt de iurisconsultis dicam, actiones qualiter mixtam causam obtinere tradit Imper. Iustinian. in §. actionum Instit. de act. Sic; vt & de Theologis gis † agam; duo iura in unum mixta repetiri sæpe, diuinum sc. & humanum, diversis tamen respectibus coniuncta, ita, vt substantia iuris diuini sit, determinatio autem ecclesiastica, demonstrat, & exemplis variis illustrat Franciscus Vargas, de episcop. iurisdict. axiomat. 12.

Et in specie huius nostræ distinctionis Camerale exemplum exstat apud Friderum, c. 65. n. 7. vbi sic ait: An etiam brachium seculare recte imploretur, & impariatur p executione sententiae, de cuius cognitione laicus intromittere se non potest? Et hoc similiter in eadem causa Halberstadiensi motum est. Quidam generaliter tenebant præiudicia, in quibus Cameræ auxilium ab ecclesiasticis imploratum est, accipienda esse eo casu, quando cognitione quoque seculari competit, ratione sententiae, & iudicis illius, qui brachium inuocauit. Iam autem ex tenore instrumenti copiaque sententiae declaratoria, cuius potissimum executio virgetur, constare, causam esse mere spirituale, de collatione præposituræ Ecclesiarum Halberstadensis; & non ipsum iudicem, executionem sententiae, quæ principaliter in restitutione præpositure cōsisteret, vrgere, sed potius quod ipsa Pars brachium inuocet: tum iudicem ecclesiasticum, qui sententiam tulerit esse plane extra-neum ab imperio, ad cuius etiam mores, & constitutionem nullatenus pateretur se astringi, qui in sententia longe extra limites imperii dicta, tali quoque usus fundamento sit, quod in imperio, stante religionis pacificatione, sustineri non posset. Vnde etiam executoriales denegatæ, &c. Et hæc etiam in consideratione habita fuerunt in causa Braunschweig contra Hildesheim. Ex itaque, non solum in criminalibus, sed, ob vicinitatem, quædam etiam in ciuilibus hic breuiter examinandæ, & ordine recensendæ sunt. Possunt autem hoc ordine recte distingui; quod, quæ sunt criminalia, de sua natura, aut committantur in Deum; aut non.

In Deum.

- 4 Primum, sacrilegium, † quod non tantum furti rei factæ, vel religiosæ, sed etiam aliis factis, vt contemptu Dei, & principis sit; de quo Iohann. Harprecht ad §. item lex 3. n. 4. Instit. de publ. iud. Et licet id quidam ciuilis fori esse statuant, per l. sacrilegii. ff. ad l. Iuliam peculatus, vt & pœnam l. 1. C neminem licere signum salutis. Et ita in praxi seruari notauit Clari. in pract. criminal. q. 37. de consuetud. Mediolan. Iacob. Mileus in pract. fol. 74. n. 7. Alii autem id

fori canonici esse, dicant. c. 8. cum sit cōquestus 16 de foro compet. Bald. in authent. clericus C. de episcop. & cleric. Mixtum tamen esse probat text. in c. cum sit generali de foro compet. c. fin. lib. 6. & Mantica. vñf. 226. in qua opinione eriam est Abbas, ad c. cum sit generale de foro compet. & idcirco Ioan. Andri. in addit. ad Speculat. in rubr. de maior. & obdien. tradit, iudicem secularem capere laicum sacrilegū, ad instantiam iudicis ecclesiastici, non æque auctoritate p̄pria. Ac illud fortasse est, quod dicere voluit Hostiens. ad d. c. cū sit generale, quod sacrilegium sit principaliter crimen ecclesiasticum: licet interdum puniatur per secularem iudicem, quando imponitur capitalis pœna. c. nouit. de iudicio, quā ecclesia non agnoscit. Cuius sane sententia maxime placet, ob causam illam, quam assitt Lucius III. d. c. cū sit generale. In fauorem, inquit, Ecclesiarum est introductū, vt malefactores suos, q; sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum Rectores possint, sub quo maluerint iudice, conuenire. Eandem rationem reddit Bonifacius Papa. V III. c. fin. de penit. lib. 6. & q; plus est, statuit, vt qui in personam Cardinalium, & familiarium ipsius Pontificis deliquerit, licet ab ecclesiastico iudice castigatus, possit iterum à magistratibus ciuilibus, secundum Caesaras constitutiones, puniri. In quibus qdem verbis innuere videri Bonifacius: quod licet pœna aduersus sacrilegos iure ciuili imposita sit; tamen magistratibus ciuilibus haud liceat se in huiusmodi criminibus interponere, sed in fauorem libertatis ecclesiasticae facit, vt pœna ita constituta, exequitioni mandentur. Usus hujus rei proponit ex mente Cyn. Angel. in §. magistratib. in fin. ff. de iuris. omn. iudic. Quaritq; an sententia lat. p iudicem ecclesiasticū, super sacrilegio, possit executioni mandati p iudicem secularem, sine novo processu; † decidit q; non, propter defectū potestatis executionis, qua caret iudicans: allegat pro casu §. si vero crimen in cor. de sanctissimus episc. Et dicit verū addit. Bar. & c. Et hanc Angeli doctrinam multis super additis confirmat Alex. in d. l. n. 10. & Decius distinguendo, p̄bans, contra ipsius mentē. Bar. n. 13. 6

Secundo blasphemia, † q; esse mixti fori, extra controversiam hactenus fuit. c. 2. de maled. & refut. Iul. Clar. in pract. crim. §. blasphemia. vers. Hoc crimen lib.; Hypolit. de bannitis. verb. iudices. n. 207.

Tertio. † Periurium Deum spectare, ex ea constat, quod eum habeat vitorem. Et id quidem esse fori ecclesiastici voluit Io. Quint. Hæduus, in Aristocrat. Christ. ciui. fol. 57. Iurisurandi inquit religio ad ecclesiarum iudicium duntaxat pertinet. Iurisurandum, quos habeat iudices, plusquam manifestum est, quod hoc in capite Nouit. dicitur: videlicet, de instrumenti religione, quemadmodū de sacris, & religiosis omnibus, solos pontifices esse iudices, interpretes, & disceptatores. Prisco etiā Romanoru more, ad pontifices, vt ad antistites deorū immortalium, populus adibat, dubius de pietate, de fide, ac iureiurando, & de votis omniib. rite, exoluēdis: vt lib. de legib. 2. Cicero scriptū reliquit. † Quod iuratum est, p̄tor quidem tuerit, & pacientes cogere debet ad seruandum iurandum, noui, nec dolo adactū. l. 5. de iureiur. ff. c. 2. eo. tit. in 6. Verū id agit tam religionis causa quam pacti p̄cedentis ratione: sed religiosene, an superstitione sit iuratum, licitum, nec ne sit iuramentum, consulenda venit ecclesia sola: cuius est in ambiguo statutus.

statuere, an & quatenus obligemur iuramento, quasque vires habeat. cap. venerabilem de elect. c. 2. de pactis. in 6. Iusjurandum est affirmatio religiosa: quum quid affirmate (ait Cicero) quasi teste Deo, promittimus. Officiorum 3. Hoc, si iudice autore, p̄stet, vel, si prius cōuentis accedat, iure obligat, & seruandum est, etiam à puberibus. auth. Sacra-menta. C. si aduers. vend. &c. Nam ad iustitiam, & fi-dem contractuum, iudiciorumq; necnon ad pa-torum confirmationem pertinet, quam qui vio-lat, in publicas leges committit, & peierat: ideo punitur, vt infra diceimus. Est aliud quoddam ius-jurandum, priuatim mutua cōventione datum;

9 extra iudicia: † nulla ciuilis ex isto, sicuti nec ex promissione simplici, nascitur actio, nec inter legitimas cōventiones habetur. Bartolus Innocen-tium secutus, hoc probat in l. si quis pro eo ff. de fidei. Neq; enim verum est quod quidam dixerunt, iu-ramentum in se habere paetum: late per Alberi-cum, diserte per Iasonem, in l. iusjurandum quod ex cōventione ff. de iure iura. Quisquis tamen sic fallit,

10 & fidem frangit, † grauitate peccat. Leuit. 5. cap. Quare & hoc iusjurandum, si citra salutis æternæ dispen-dium, fieri potest, pariter seruandum est, ac Deo diligenter reddendum, si non bonis moribus, aut utilitati publicæ repugnet, c. si diligent, de foro comp. e. debitores. de iure iuri. Nam credidit & gentilitas in-sensos esse, iratosq; Deos per iurio. Tibulli car-men extat, eleg. 1. præter ianumera alia exempla: sed hoc in primis occurrit;

Ah miser, & si quis primo per iuria celat,
Sera tamen tacitu pœna venit pedibus.

Ad hunc ego sensum interpretor Alexandri con-stitutionem l. 2. de reb. cred. C. de qua tamen non omnes uno modo, sed post explicabitur. Ex qua patet, etiam Ethnicon principum legibus, iu-ramenti causam creditam semper, & existimatam fuisse causam Dei, eiusque vindicem esse Deum, quo teste aliquid affirmauimus. Quid si causa Dei est, ergo non alibi agenda, quam pro Dei tribuna-li, quæ est ipsa Ecclesia. Quæ quidem, si nos iu-ramento soluerit, soluti sumus & in cœlis: si ligatos pronunciarit, ligati sumus & apud Deum. Conuenit hoc & illud inter nos tritum verbum: iu-ramenti addere forū foro. Nam ratione iu-ramenti, quoque de negotio, & in quemcunq; hominem ius dicit ecclesiasticus, alias incompetens iudex. c. vlt. de foro compet. lib. 6. Haec tamen Hæd. & late idem fol. 102. & 103. Et mixti † fori esse per iurium si-ne controvèrsia esse tradit Couarr. lib. 4. decretal. p. 2. c. 6. n. 20. cuius hæc sunt verba: Sic etiam lex ci-uilis, contra periutos, pœnam potest statuere, li-cket crimen ecclesiasticum sit. Roma. cons. 512. sic & per iurium puniri. l. si quis maior. C. de transact. Nec inconveniens est, crimen aliquod ecclesiasticum es-se: ita ut nullus, nisi iudex ecclesiasticus, de illo cri-mine censere possit, pœnas vero temporales, aduersus id crimen committentes, à secularib. prin-cipibus statui, idq; ad laicū potestate p̄ inere: vt probat eruditus Alfonso à Castro lib. 2. de iust. bare. punitio. c. 26. & probatur in c. cū secundū. de bare. li. 6.

Ast quia non solum de per iurio, sed aliis etiam speciebus iu-ramenti s̄pē hic agitur, operè precium erit de his, & aliis, inquirere idq; verbis Hyppol. in verbo: iudice: tractat de bannitis nū. 20 i. q̄ ita habent:

12 Vtrum † autem iudex secularis super iu-ramento se intromittere possit, pulchra est questio, & quoti-

diana, sup qua, omissis disputationibus, quæ fieri possent, notabis triplicem conclusionem: quā celi-cio ex dictis Canonistarum communiter, in c. 1. de iure iurian. præcipue per Felin. ibi: Prima conclusio sit: quod iudex sacerdotalis nō potest absoluere à iu-ramento: & hoc ratione spiritualitatis, quam in se haber iu-ramentum: & est communis conclusio: quæ est evidens, & clara, ex notatis per Doct. in c. venerabilem, de electi. & in c. cum sit generale, post glo. fin. ibi. de foro compet. & per D. Abb. in c. significante de pi-gnor. & per omnes in c. fi. de foro compet. lib. 6. Secunda conclusio sit firma, & absoluta: quod iudex se-cularis potest cogere quemlibet ad obseruantiam iu-ramenti, & non potest sibi opponi de incom-pentia, per text. vbi est casus, & ibi per Doct. in c. li-cket, de iure iuri. lib. 6. & huius ratione ampliant Doct. vt possit etiam compellere recipientem turpe iu-ramentum, ad ipsum relaxandum, vt expresse sen-tit Frederic. cons. 272. statutum ciuitatis, proprie- & de ipso festum facit Rom. in sing. sc 8. Tertia con-clusio est: quod iudex secularis potest declarare quem incurrisse periurium, casu quo de hoc esset dubium, vt voluit Roman. in sing. 430. Ego corā ma-gnū Doctoribus: quia lex sacerdotalis, seu ciuilis punit periurium, vt in l. 2. ff. ad Turpil. & in l. si quis maior. C. de transact. ergo & iudex potest hoc declarare, & adducit, quod not. D. Ant. in c. cū sit generale, de foro compet. vbi dicit: q̄ etiā sacerdotalis iudex, potest pu-nire, quia q̄ potest cognoscere consequens, pote-rit etiā cognoscere, q̄ est antecedens vulg. l. illud ff. de aqua, hered. l. ad rem mobilit. & l. ad legatu. ff. de pro-cur. sed intellige, vt supra dictum fuit, quando de hoc nō est quæstio iuris, sed facti, per not. in d. l. Ti-tia. ff. soluto matrim. per Bart & alios, & D. Ant. & Abb. in d. c. tua, de ordin. cogn. posset etiam sacerdotalis iudex cognoscere de nullitate absolutionis à iu-ramento factæ per iudicem ecclesiasticum, secundū Pet. de Anchor. multum solenniter, cons. 382. re-tento ordine dubiorum in 4. col. mouetur per plura, de quibus ibi per eū q̄ tamen declaratur esse ve-rum, vbi euidenter appareret nulla, vel iniqua, & sequitur Feli. rbi supra, & dicit esse notandum, & subdit q̄ istis modis acceptari possunt animosa, & insolentia verba Bald. in l. 1. in prima col. vers. modo so-let dubitari. C. de operi. lib. qui multū inuehit † contra 13 Canonistas virtute iu-ramenti omnia reuocantes ad suum imperium, & quicquid est dubium, tra-hentes ad suum molendinū, licet postea cedat, di-cens, quid de facto cōmuniter Ecclesiæ defertur, & est pars mitior, secundum eum, & vide ad idem Felin. valde egregie loquenter in c. 1. 8. col. ver. ter-tia conclusio, de relaxatione iudicis sacerdotalis, extra de-sponsal. vbi in eff. Eu idem tenet, & cōcludit quod in præallegato. c. 1. de iure iuri. more solito ponēs re-gulam cum fallentiis suis, & pet Abb. etiā noran-ter in c. cum sit de foro compet. quas cōclusiones tan-quam magistralis, vetas & communes, bene nota, & memorie manda, in materia iu-ramenti.

Quarto: sortilegium: † de quo non est con-sus per omnium. Nā et si mere ciuale crimen esse, constat, ex l. 2. C. de maleficiis. Tamen id esse mixti fori pulchra notat Panormit. in c. 1. n. 3. & 4. de sorti-leg. Clarus § hæresis. ver. successione: nonnulli distin-guūt, inter quos est Geinin. consil. 54. & Barbatia. consil. 55. li. 1. Quibus alii frequenter adhærent, præ-cipue Afflict. super l. confit. Regni, rubr. 1. n. 17. quod aut sortilegiū tale est, q̄ sapit hæresim manifesta,

aut

aut non sepi: hoc casu cognitio vtriusq; iudicis erit: illo autem ecclesiastici tantum: quod videtur constituisse Alexand. III. c. 8. §. sane. de heret. lib. 6. dū prohibet hæreticæ prauitatis inquisitoribus, ne de diuinationibus, & sortilegiis se intromittat, nisi hæres sapient manifeste, sed iubet eos relin qui suis iudicibus puniendos. Suis (inquam) iudicibus, hoc est seculari, & ecclesiastico. Adeo Hyppoli. de bannit, in verbo iudice n. 207. Ad horū tamen expicationem vide monita Godelman. lib. I. c. II. in tractat. de venefic. Et conferunt hic quæ luculentissime ad propositum præsens edisserit Constantius Landi, in libello prætermissorum, in expicatione l. eorum C. de mathematic fol. vii.

In hominem quæ cōmittuntur aut in corpus aut bona committuntur. In corpus.

15 Primo, † Sodomia; illam autem esse ciuilis fori constat ex l. i. cum vir nubit in fæminam. C. ad l. Iuliam de adulteriū. Canonistæ vero sibi ascribunt, c. 8. de de excess pralat. Esse vero mixti testatur Michael Agia, de exhib. auxil. fundamento 17 fol. 66. Cognitionem (aiens) huius horrendi criminis, ad iudicem ecclesiasticum sicut ad secularem, pertinere, constat, ex decreto Alexandri III. in Concilio Lateranensi, & habetur cap. 8. de excessibus Prelatorum. Quicumque (air) illa incontinentia, quæ contra naturam est propter quam ira Dei venit in filios dissidentia, & quinq; ciuitates igne cōsumpsit deprehensi fuerint laborare, si clerici fuerint, deiiciantur à clero, vel ad agendā pœnitentiā in monasteriis detrudantur: si laici, excommunicationi subdantur, & à cætu fidelium fiant penitus alieni. In nostro regno Valentino, huius facinoris cognitionis inquisitoribus incumbit; & ita vsu receptum est.

16 Secundo; adulterium, † quod quidem mere ecclesiasticum putauerunt Anastas. Germon. cap. 9. lib. I. animaduersiorum Couarru. cap. 7. §. vlt. num. 2. lib. 4. decretal. Quidam tamen id restringunt, si ad thori separationem agatur c. tua. de procurat. & sentiunt Decius conf. 212. n. 2. & Couarr. d. c. 7. §. 6. n. 8.

Alii distinguunt, & ciuilem esse cognitionem dicunt si adulteriū de iurisdictione magistratus ciuilis. Vnde & pœnæ, de iure ciuili, ad mortem constituta Innocent. in d. cap. tua. & Alt. in c. 1. de offici. ordi. Et hæc distinctione in Germania multis locis obseruatur. Hyppo. de bannitis, in verb. iudice. n. 207. addit omnino loan. Papon. in præcept. non ma habet. ris. lib. I. fol. 63. & seq. & vbi omnes pœnas eruditæ enarrat, necā pposito erit videre, Constant. Land. in libell. exercitation. in explicat. si adulter. ff. ad l. Iuliam de adult. fol. 23. vt autem quæ iam dicta sunt, dexterius explicitur, audiamus & Flamin. de Rubeis, in tractat. de adulter. c. 10. n. 2. Iudex autem quis esse debeat, inde pendere videtur, num sit mixti fori, vel non. Et esse quidem attestati sunt Doct. complures, inter quos Deci. conf. 212. n. 2. Abb. in c. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam pollu. per adult. n. 2. & in c. sum sit generale. n. 23. de foro compet. in cap. consuluit. I. num. 1. de app. qui dicit ad ecclesiasticum spectare iudicem, nō modo, quando agitur ad separationem thori, sed & quando agitur ad vindictam. Idem quoq; in c. 1. num. 3. de offi. ordi. tenet, respectu laicorū cognoscibile crimen esse p. vtrūq; præventione etiam multū valente, & tenet Crot. conf. 413. n. 46. lib. 3. quod indubitate videtur quæstio, cum agitur de separatione thori: quia tunc indubie ad ecclesiasticum iudicem cognitione per-

tinet, Bellame. in c. cum laicus. 10. de foro compet. in 6. Franc. Marc. decis. 514. nu. 6. 7. par. 1. D. Tib. Dec. in præct. crim. c. 22. n. 7. fol. 199. par. 1. Clar. q. cōmunem dicit. q. 37. vers. quæro nunquid separatio thori est ecclesiastici, in §. adulterium versic. hoc crimen, & confirmat Soarez in thesaur. recept. s. intentiar. in ver. scul. adulteriū. n. 38. qui tenent, adulteriū esse mixti fori, id est, vt ecclesiastico iudex possit de eo se impedire, & cognoscere, non tantum cum agitur ad vindictam, & ad pœnam, sed etiam eo casu, quo separatur, & eo, quo reintegratur matrimonium, vt desistatur ab ipso adulterii peccato; vnde ex eo tex. ita dicit Abb. in d. c. cū haberent, quæ sequuntur Ang. in tract. malef. in verb. Che hai adulterato. Rom. sing. 157. Fed. de Sen. conf. 97. mulier accusata. & Abb. rursum in c. gaudemus. de conuersat. coniug. Anchara. in elem. dispensiosam, de iud. Bald. in l. quoties. C. de iud. quicquid contra tenuisse dicitur lo. And. in c. f. de for. cōp. in 6. q. tenuit, non se impeditre ecclesiasticū iudicē de adulterio, nisi cū agitur de separatione thori. p. c. rex debet. 23. q. 5. vbi habetur, q. ad seculare iudice in pertineat punitio adulterii. Sed Abb. in d. c. cum haberet, respondet per tex. in c. 1. de offi. ord. vnde tenet, mixti fori hoc crimen esse; & q. ecclesiasticus iudex cōpellere potest adulteriū, vt abiuret adulteram & redeat ad vxorem, ne mpe quod eam à se amabit, nec admittet vlt. Ita etiā tenuit idem Abb. in c. intellectus, n. 2. de adult. & stup. & Guid. Pap. decis. 178. & dicunt Doct. in præcitat. locis potissimum Franc. Marc. post Abb. q. adulteriū ideo est mixti fori; quia participat de pœna adulterii ppter separatione thori, & etiā ciuilis dicitur, ppter lucrum dotis, & contradotis, q. veniunt accessorie ad matrimonium c. per resras. c. plerumq. de don. inter vir. & vxo. Car. per lo. de Imol. in c. tue. de procur. Quamq; alii tenent posse mulierem etiam criminaliter accusati, coram ecclesiastico iudice, per d. c. gaudemus. de conuersat. coniug. quia hodie mulieri capitalis non imminet pœna pro adulterio; vnde potest Ecclesiasticus iudex cognoscere, ppter matrimonii sacramentū, ex quo adulteriū facilem dicitur, vt superius pbaimus: ideo cū mixti fori sit isthæ cognitione præventioni locū fieri vult. Fran. Mar. d. decis. 514. nu. 7. par. 1. Sed pace omnium dixerit; neminem yidi, qui luculentius materiā hanc, & intelligibilius tractarit, q. D. Tib. Dec. in p̄citato eius tract. tri. li. 4. tit. mixti fori qui sint. n. 7. vbi septem distinguit casus, seu maius septē constituit regulas ex quib; clare dignoscitur; quando ad ecclesiasticū & quando ad seculare iudicem adulterii cognitione spectet. Ideo, ne alienos labores meos faciā, neque tanti viri gloriæ videat inuidere, ad eum remitto candidum Lectorē, q. singulis quibusq; occurrentib; casib; decisiones accōmodare poterit, & scire quādo eccl. siasticus iudex sit adeundus, & quando secularis. Et quæ de adulterio dicta, † ad stuprū 18 etiā extenduntur. Bald. in l. consulta diuaria. C. de testam. sic si patres, vel domini velint prostituere filias, vel ancillas, ad episcopum configi poterit vt eas à potestate Domini, vel patris, liberandas cuget. l. si Lenones C. de episc. audiens. Sed quid de concubinatu † (qui dicitur à concubio, teste Marco Vertrranio lib. sing. de iure lib. c. 30. vers. alio modo) dicendum: hoc explicat Agia. d. loc. fol. 65. Godofredus, quem citat Abbas Panorm. ad c. cū sit generale. n. 25. de foro cōp. tenet esse crimed mere ecclesiasticū ac pindē cognitionē eius, ad animaduersiō ad eccl.

ecclesiasticum magistratum pertinere; non item ad ciuilium. Iulius Clar. in sua praxi. q. 37. dicit opinionem hanc, quæ & communis est, proculdubio procedere, si admittamus, concubinatum de iure ciuili non esse delictum; secus vero, si eodem iure concubinatus prohibetur: hoc enim casu esset communis fori. Sed dicendum est; quod cum crimen hoc sola lege Pontificia sit prohibitum, teste Didaco Couarruu. lib. 3. variar. resolutionum. c. 3. vers. ego ut libere. sequitur necessario, ut sit mere ecclesiasticum: ac proinde solus ecclesiasticus sit eius iudex competens. Ut autem hoc, quod Agia dicit, melius intelligatur, audiamus & Ioan. Papon. d. loc. sub rubrica, de concubinatu. Hodie, inquit, iure nouissimo, concubinatus illicitus est: ut est praeclarus textus, in auth. de lenon. §. sancimus igitur omnes quidem castitatem agere: quæ etiam sola cum fiducia possibilis est hominum animas presentare: & §. mulieres ita caste vivere volumus, & oramus, ut nō luxur. h. cont. nat. & apertius, & recètius, in c. 1. de bl. natu ex matr. ad morga. cont. & hunc text. ad id praecitate inducit Benedict. in repetit. sua, in notula. ut vxo. non adul. nu. 674. Ioan. Fab. in §. Inst. si quadrup. paup. fecis. dicat. Canones specialiter omnem concubinum, praeter vxorium, interdixerunt: nec circa concubinatum antiquas attenderunt leges. c. nemo sibi blandiatur. de legib. c. hominum 32. q. 4. hæc tractatur p. Hostieus. in c. lator. qui fil. sint legitimi, & per gl. in c. a. ster 30. q. 5.

20 Idq; sancte constituerat Aristoteles + lib. politorum 7. c. 16. in si. Coitus, inquit ille, omnis alterius, quam coniugis, penitus sit interdictus, quandoquidem sit, & appelletur coniux. Quod si quis deprehendatur, contra facere, pro delicto pœnam reportet: Hactenus Aristo.

In bona quæ committuntur.

21 Primum est usurpa + licet enim, usuram crimen esse mere ecclesiasticum, defendit gl. ad clem. 2. verb. usur. de iud. Albe. de Rosat. ad rubr. de usur. n. 5. Lopus allegat. 56. Alex. l. quoties n. 4. de iudicis. R. pa in l. qui pro tribunali n. 7. ff. de iudicis. Contrariumq; tenuerit Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 3. vers. ego ut libere quid &c. Vnde & pœna ab Imperatorib. l. 2. 6. §. super usurarum. C. de usuris. desuper statutæ: Mixti tamen fori esse: & si sit q̄stio iuris ad ecclesiasticum; si facti, ad secularem pertinere, tradunt Bald. ad l. quoties. circa finem. C. de iudicis, quem communiter cæteri sequuntur, ad stipulante Blanco, in suo, de compromissis tract. fol. 94. nu. 9. & eodem Couarr. d. s. 3. vers. vicumq;. & in epitom. lib. 4. part. 2. 6. 6. num. 19. Eamq; communem fatentur Abb. ad. c. cum sit generale. n. 17. de foro compes. & Alex. ad d. l. quoties. & alii, quos recenset Iulius Clar. qui insuper tradit; iudicem laicum nō posse de contractu usurario principaliter in iudicium deducto, cognoscere: posse tamen, quando incidenter opponitur, per modū exceptionis, etiam si q̄stio sit iuris, ut tradit Guido Pap. ex cōmuni interpretū sententia, in cōs. 180. n. 2.

Confirmant hæc, quæ notat Marquart. de iudeis c. 11. n. 10. dum inquit: Quid quidem crimen, cum sit Ecclesiasticum ut per gl: & Doct. in c. cum sit generale de foro compet. & in c. 1. de offi ordi. & clem. dispensiosam, de iudi. ideo ad Ecclesiasticū pectare debet cognitio eius criminis, ut per Bar. in l. Titia ff. solut. matr. & ibi per Doct. maxime Alex. col. 4. Federi de Senis cons. 245. Dominum Andream, Calderi. cons. 3. incip. an causa usurarum. per Barto. in l. quoties C. de

iudi. Quod procedit, quando est quæstio super iure, secus si super facto. Dicitur autem quæstio super iure; quando dubitatur, an contractus sit usurarius, vel non; & hoc pertinet ad solum ecclesiasticum, ut per Doct. vbi supra. & lap. allegati. 57. 83. & gl. in c. ex literis, in verbo: occultata, extra de iure iurant. dicit; quod crimen usurarum, est quasi spirituale; idem dicit gl. in clem. 2. de iudi. Quæstio autem facti est: quando non dubitatur, sed certū est contractum esse usurarium; sed queritur citra repetitionem usurariū, & an sint soluta, vel non, vel quid simile, & tunc potest cognoscere tam iudex ecclesiasticus, quā secularis, ut per Bart. & omnes Doct. scribentes, in d. l. Titia. hinc Ang. in disputatione sua, incip. Astenensis miles, prope si. dicit; quod secularis potest publicare usurarium manifestū, & Bal. in l. omni. C. de sacrosanct. eccl. & in l. cum allegas. C. de usur. & Soci. in d. c. cum sit generale. col. 6. vers. 2. prin. op. ponens, & distinguens, & concludens tandem, prout supra. Et subdit; quod si diceremus, in quolibet temporali iniusto, ratione peccati commissi, adiri debere iudicem ecclesiasticum, quasi ex toto euacuaretur iurisdictio secularis, contra cap. nouit, de iudi. & quod hæc opinio plus sibi placeat, quam aliorum, tenentium, ecclesiasticum solum esse iudicem, non tantum, quando dubitatur, an contractus sit usurarius; sed etiam si certum sit contractum fore usurarium, & agatur de repetitione usurariū; & quando est quæstio facti, & quando dicatur quæstio facti in crimen usurarum, & quod possit adiri secularis vide melius, quam alibi Paul. de Cast. in cons. 109. visa petitione, col. 2. & 3. vol. 2. secundum nouam impressionem. Pro qua re facit, quæ tradit Bald. in Auth. ad hec. col. 2. vers. deinde generaliter quero. de usur. Dicens quod illud, quod dicitur in causis, in quib. allegatur fraus, vel oppresio, quod potest ecclesiasticus adiri, est verum in causis pauperum, & miserabilium personarum, vel locorum pitorum, puta hospitalium, nō autem nimis late: nam si contrarium diceretur, esset absorbere totum iudicium seculare, quod est falsum. c. venerabilem, extra de elect.

Idemq; pulchre declarat Ioan. Bolognet. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. n. 46. & 47. Si dubitatur inquit: de facto: an fuerit promissa usurpa, vel an fuerit factus contractus usurarius, semper quæstio erit spiritualis; quia usurpa est nomen iuris, & contractus usurarius. Sed si solum dubitaretur, an esset factus contractus, sine appositione usurarum, tunc bene esset quæstio facti, & hoc modo potest saluari dictum Bar. Si vero negaretur contractus usurarius, quia tota pecunia vere dicitur interuenisse, & hoc esset probandum, an de facto interuenisset, esset quæstio usurarum, & per consequens spiritualis, ut per Abbatem in c. iū. sit generale. n. 17. vers. nunc discussiamus. Qui tamen subdit, q̄ si apparere contractum esse usurarium, & agatur de repetitione usurarum, causa erit profana, & idem, si diceretur contractum esse simulatum, vel alio modo obicietur contra contractū, non discussiendo de usurpa. Et ideo vis stat in hoc solo; an quæstio facti sit, ad finem, ut appareat de usurpa; quia pars opponit contractum usurariū, & aduersarius negat, & quæstio est spiritualis: Si vero constat de usurpa, & agatur, de repetitione, & annullando contractū, vel aliter opponatur contra contractū, sed

sed non dicendo eum usurariū; & tunc est questio profana, ut communiter concludunt Docto. in d. c. cum sit generale. Et propterea, cū aliquando causa possit esse spiritualis, & aliquando non, & quia calumniose potest opponi, ut differatur causa; ideo poterit iudex secularis cogere partem, ad producendum articulos, ut possit se informare, an calumniose petat, & an faciant ad causam, & agatur de iure spirituali, ut per Salicet. in quodam cons. incipiente; in questione vertente. cum alius adductus, per Decium in d. cap. 2. de iud. col. 15. nu. 29. ver. & postremo. & Alex. in d.l. Titia. ver. 9. fallit; & vers. quarto fallit. & sequitur Iaso. in d.l. quotiens versic. in usuras illa. qui dixit, quod index potest se intromittere, interrogando partes: Sed tamen non potest assignare terminum infra quem pars opponens agat, ut dicit idem Alex. colu. penult. vers. iuxta predicta queritur. num. 18. Sed bene poterit assignare terminum, infra quem compareat coram iudice ecclesiastico, producturus iura sua, alias iudex secularis procedet in causa principali, tanquam calumniose opposita fuerit exceptio. ut per Bal. in l. 2. § final. in lectura antiqua. infra. Qui si satidare cogant, quem refert, & comprobant Alex. in d.l. Titia. nu. 18.

Quia tamen hec paulo alter explicat Christophorus de Castelliono, conf. 3. n. 3. 4. & 5. & eum audiamus: Quod inquit crimen usurarium sit ecclesiasticum, agitur per gl. nos. 1. q. 1. in summa, & extra de foro compet. c. cum sit generale. & de off. ord. c. 1. arg. etiam extra de iudic. c. dispensacion. in Cle. & ibidem tangitur in gl. lo. And. Et consequenter videtur tractandum duarum coram iudice ecclesiastico, ut 6. q. 2. c. 1. Ceterū Vgonis, & Laurentii antiqua fuit opinio; quod & si crimen illud sit ecclesiasticum, quo etiam contra laicam valeat iudex ecclesiasticus, de eo siū facere presulm: Nihilominus usuræ repeti possunt contra laicum, quamvis exortæ sint infra legitimum modum, etiā per secularē iudicium, & per cōsequens agitari corā eo iudice seculari illud crimen ecclesiasticum. arg. de iure iur. l. ad materiam la 2. quorū sententiam assertit Archi. 14. q. 4. quam dicam secundum Gof. velut veram, reiectis omnibus aliis tenendam, quanqñ licet crimen usurarium, velut ecclesiasticū, spectet ad ipsam ecclesiam: extr. de usu. c. cum tu. & c. quia in omnib. laici tamen coram seculari; clerici vero corā ecclesiastico iudice possunt conueniri, & hoc notauit Gof. extr. de foro: comp. c. cum sit generale. & Vincen. & Ber. ibid. Idem quoq; post longam disputationem finaliter approbat Iosaa. mons. extr. de usu. super rubrica lib. 6. concludens; q; licet foret huiusmodi crimen usurarium prius puniti per iudicē ecclesiasticum, posset tamen postmodum puniri per iudicem secularem; saltem in eo q; excedit; & si obiliatur quomodo punit laicus, si non est de foro suo; sol. dicit ipse: id est, quia veroque iure sunt usuræ prohibite. Nouum igitur forum foro repetitur adiectum, secundum eum, vnde occupantis melior est conditio. ff. de iudi. l. si quis postea. Hactenus Castellion qui tamen. n. 22. distinctione iam dicta, rem hanc componit. Sunt tamen qui hisce sese opponant, ut refert sequentibus verbis Io. de Monte Sperello conf. 22. n. 36. De articulo spirituali non pertinet cognoscere; etiam incidenter, quando est questio iuris, & non facti, ut in easu nostro, ut per Doc. in l. quotes. C. de iudi. & in

l. Titia. sol. mat. vbi Bar. hoc tenet, & Pan. de Lez. in elem. 1. de usur. & Ant. de Bar. in c. tuam, de ord. cog. & in c. cum sit generale. de foro comp. Imo plus dicit lo. de Imol. in d. l. Titia. quod etiam si questio si facti, q; non potuit secularis cognoscere, etiam incidenter, de spirituali, in puncto iuris, ut de questio- ne usuraria, vel periurii, & ibi dicit Imol. & allegat. c. cum laicus de foro compet. lib. 6. Secundo ad bona etiam pertinetius † patronatus, de quo sic Hyp- pol. in verb. iudice. n. 116. Etiam index secularis poterit cognoscere de causa iuris patronatus, quādo est questio facti, & non iuris, etiam si agatur a ctione personali: ut quia tu pmisisti mihi donare tale ius, & modo negas: ita tenet D. Anton. in c. quan- to. de iudic. pro quo solent adduci not. per Bart. in l. Titia. & clariss. in d. l. omni. nouatione. C. de sacrosanct. eccl. & in d. c. tua. per can. de ord. cognit. & in d. c. cum sit generale. Tercio, decimæ: † quæ licet, diuerso re spechtu, sint diuini, & ecclesiastici iuris, de quibus Petrus Bellug in speculo principum. rub. 113. §. tra- chtamus. Honcalia de decima Franciscus Vargas, de episo. iurid. axiomat. 12. fol. mibi 42. vers. sed rnum de decime exemplum. Tamen quoad nostrum propositum, quatenus scil. sint fōrī ecclesiasti, vel civilis, notauit quidem recte Quintil. Mandos. in form. 25. in causa prophana. fol. mibi 25. hisce verbis: Nominetur etiam causa super Decimis: glossa tamen, ibi, in ver. decimis, restringit, & declarat, de quibus decimis sit intelligendum: Imo aliqui limitant dictam Clem. ut procedat solum; quando tractatur de iure decimæ, at si super fructib. decimarum, p̄sertim p̄teritis, quod non dieatut causa spiritualis imo iudex laicus adiri possit. Feder. de Senis conf. 245. D. Andrea. n. 1. q; sequitur, licet illud cons. corrupte citet Ludo. Roma. in l. Titia. nu. 6. ff. solut. matr. &c. Quæ quia nervosius expressit Alexand. Moneta, in tract. de decimis c. 8. eius verba subiicienda; quæ sic sonat: Quero primo: Quis sit index cōpetens in causa decimarum? Prima conclusio. Decimarum controvērsia in peritorio, vbi questio iuris est, non facti, spectat ad iudicem ecclesiasticum: text. in elem. dispensacion. de iudic. c. literas, de iure ca- lum. c. fin. de rerum permutatione, cum alius adductis, per And. Gail. pract. obs. lib. 1. obs. 38. n. 1. Papiens. in for. libell. declin. causid. in verb. nec fuisse. & Anastas. Germon. de sacror. immun. li. 3. c. 19. num. 84. & multis seqq. vbi id optime probat, idē not. Feder. de Sen. conf. 245. insip. Domino Andrea, Fel. c. causam. nu. 15. de præscript. Marchesan tract. de commiss. & rescr. c. 4 nu. 302. Thom. Zetol. in sua proxī episc. verb. decima vers. ad 6. Rebuff. d. tract. de decimis q. 10. n. 2. & 38. posta- lios, & probatur ex his, que infra mox afficeremus, ad ampliandam hāc conclusionem. Ratio illa est, quia ius decimandi sp̄ituale est, ut late cap. 5. q. 3. in princip. ostendimus. De causa autem spirituali iohannes ecclesiasticus cognoscit, vbi questio sit iuris, cap. tuā, de ordine cog. & c. cum sit generale, cum ibi not. de for. compet. Idem quoq; erit dicendum, quando causa possessoria mixta habet proprietas ratio- nem, prout in qualibet re spirituali, tenet Abb. d. c. literas, vbi Butt. Barbat. & alii, in rubr. de iudic. n. 51. Quin etiam idem erit, licet curia mixta sit ex clericis, & laicis, nisi illi consiliari dati sint à summo Pontifice: ut late & oprimere ostendit Germon. d. c. 19. n. 85. & trib. seqq. sed num 93. & 94. idipsum ex- tendit ad easum si laicus se tueri vellet leg. tima-

temporis præscriptione, ab huiusmodi solutione decimarum.

Secunda conclusio: Si quæstio sit meri facti; an talis percipiat, vel soluat decimas, vel quia agatur contra tertium detentorem fructuum decimandorum, iudex etiam laicus competens erit; ita Couarr. practic. q. c. 35. num. 2. Zerol. d. vers. ad 6. Rebuff. d. q. 10. n. 10. n. 3. Ludou. Gomez. in cap. si. an. num. n. 15. & 16. de iud. in 6. Felin. & Feder. de Sen. loc. cit. Butr. c. fin. n. 20. de iud. Abb. d. c. literas. n. 7. & seqq. Gail. ob. 38. n. 2. p. tex. c. perimus. II. q. 1. Marchel. d. tract. de commiss. & rescript. c. 4. n. 30. part. 2. postalios, & in qualibet materia spirituali, & ecclesiastica tradit. Ant. Grauat. in addit. ad Vesp. in sua Praxi. lib. 5. c. 1. Soar. in Thes. recept. sent. verb. spiritualium, & Turzan. opin. 90. excommuniciori. Poterit tamen etiam in hoc cognoscere ecclesiasticus, ut late, & optime probat Marchel. d. n. 20. Couar. d. num. 2. in princ. & Germon. d. c. 15. n. 95. & 96.

Tertia conclusio: Si agatur de possessorio decimandi, communis & vera omniū resolutio est, quod potest iudex laicus cognoscere: ita ex communi resoluti Andr. Gail. d. ob. 38. n. 2. auctoritate gloss. d. c. literas. in vers. reb. q. tamen gl. nihil de decimis, & est communiter reprobata teste Couar. d. c. 35. n. 1. & in qualibet causa spirituali, quādō supermero possessorio agitur, tenet Guid. Pap. decis. 85. in princ. Boer. decis. 60. n. 23. Gram. decis. 78. per totam Afflict. decis. 2. & 24. cum aliis, quos referunt & sequuntur Gall. vbi sup. n. 3. & 4. Grauat. loco cit. Soarez. in Thesaur. recept. sentent. lit. P. n. 186. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. n. 21. cōmunem etiam afferit Couar. d. c. 35. n. 1. & in epist. de spons. & matt. 4. par. c. 8. §. 12. n. 3. à qua tamen etiam cōmuniōri sententia, si simpliciter intelligatur, libenter recedo cū Lig. in clem. dispensatio sana, de iud. Guid. Pap. cons. 149. Rol. à Vall. cons. 23. n. 17. l. 2. Osasc. decis. 116. n. 1. Butr. d. c. fin. num. 20. de iud. Bero. in rub. de iud. numer. 31. Et Couarr. d. n. 1. vers. verum si diligenter post Ioh. Damiam præm. pragmat. sanctionis. §. postremo. & alios, quos ipsi citant, & in specie, in materia decimarū, late tradit Rebuff. d. q. 10. n. 1. ad hoc allegas glo. in summa 10. q. 1. & text. in c. dudū, de decim. Et ratio illa optima est; quod causa ecclesiastica & spiritualis ad forū, iudiciumq; ecclesiasticū spectat, nō autē ad laicos c. 2. de iud. c. tuam, de ord. cog. cū similib. causa autē possessoria rei ecclesiasticae, etiam simpliciter, & absolute dicitur ecclesiastica, ut probatur ex clem. vnica, de causa poss. & prop. & clem. vnica. cum ibi notat. de seques. poss. & fruct. Nisi velimus dicere, eos Doctores omnes, q. contra sentiunt, vel aliquos saltē, intelligendos esse, vbi est solū q̄stio facti circa possessionē, hoc est, cū incidenter in iudicio q̄titur, an talis exigat decimas; nō a. cū principaliter agitur, ad hoc ut clericus manu teneatur in possessione pecipiendo decimas Imo Marchel. d. n. 30. & Couar. d. n. 2. in princip. post Feder. de Sen. cons. 245. fatentur, posse etiā laicū in q̄stione facti conueniri corā indice ecclesiastico, vbi agitur solū; an decimæ sint solutæ, vel an iste teneatur, vel alius; non a. cū de iure decimarum, aut de exemptione, aut priuilegio circa solutionē, q. etiam teneare videatur Fel. d. c. causam n. 5. de prescrip. & licet non bene videbit fortasse quis, quomodo possit constare cū eo, q. paulo ante hac eadē cōclusione, ex eodē Couar. ostendimus, constat tamen, & vtrūq; sustineri potest: Vtiores autē postremo o-

pinionis restrictiones, & prioris intellectus hic erant, quos duab. sequentib. conclusionibus completemur. Quarta conclusio: Quoties ius decimas percipiēdi ad laicos spectat, ex feudo, vel priuilegio, iudex cōpetens, tam conueniendo, q. excepido, erit laicus, ita in his terminis tradit Rebuff. d. q. 10. n. 39. Germon. d. c. 19. n. 93. Couar. d. c. 35. n. 2. vers. 3. quoties decime, vbi alios refert, attestates hanc consuetudinē Galliarē esse. Ratio esse potest, quia tunc persona laica est, neq; ius tunc spirituale est, sed temporale, cum tunc solum habeat fructuum cōmoditatēm, iuxta norat per Doct. in c. ad bac, & c. quamvis, de decim. Rebuff. d. q. 10. n. 34. & per nos tradita sup. c. 5. q. 3. concl. 1. Quinta conclusio: Laicus conductor decimatum, vbi non adsit contraria fori p̄scriptio, seu consuetudo, prout est in ciuitate, & diæcesi Mediolanensi, potest, & debet etiā cōueniri coram iudice laico: ita in specie Couar. d. n. 2. vers. 5. non video. Idem voluit Rebuff. d. q. 10. n. 4. & 38. Gemin. in c. vlt. in fin. de foro compet. in 6. gl. in c. vestra. de loc. Ratio est: q. seclusa tali cōsuetudine, regulariter laicus debet a clericō conueniri corā iudice laico, c. si clericō laicū, de foro cōpet. maxime, vbinō cōstat rē ēle ecclesiasticā: vt ibi tradūt Dd. At tūc nō agitur de iure decimaru, neq; de decimis soluēndis ab his, qui tenentur eas soluere, sed de soluendo pretio, vel mensuris, quibus cōductæ fuerunt decimæ alicuius parochiæ. Contrarium tamen hac in re sentit Germon. d. c. 19. n. 97. volens, posse etiā iudicem ecclesiasticum cognoscere: q. quis enim, inquit, q̄stio facti sit; hoc tamen factum ex iure oritur decimarum, cuius cognitionem ad iudices ecclesiasticos spectare in manifesto est, q. propterea non redduntur incapaces cognitionis illius facti, quod ex iure ad ipios spectante, prouenit. Et idem etiā Moneta: ad nostrum propositū redeundo; d. l. 3. 57. concludit: contra pertinaces in solutione decimarum, inuocari potest brachium seculare; ita gl. d. clem. in verb. coerceri, per c. postulaſti, de homic. quam ibi sequitur inter ceteros Imlol. num. 12. Rebuff. d. q. vlt. num. 18. Exemplum autem practicum p̄dictorum in causa decimarum à iudice laico disadicatarum, vide re est apud Lud. Carond. lib. 1. respons. 34. Et hæc de p̄cipuis causis mixti fori dixisse sufficiant. Ne autem in aliis similibus hic † erretur, illud pro regula tenendum. Primo quod notat Christopherus Castellion. cons. 37. n. 22. † Quotiens proponitur nudum factum ab omni re ecclesiastica nec non spiritualitate abstractum tunc iudex secularis cognoscit tantum. argument. ff. desondic. indeb. leg. si non sortem. §. 1. in princ. Si autem includit spiritualitatem etiam si saltim, de necessitate, & consequenter, etiam q̄ratut de re spirituali; tunc non potest secularis iudex cognoscere. Imo ecclesiasticus tantum: Nam quia tunc inseparabiles sunt huiusmodi causæ, causa spiritualis trahit aliam, ad suum forum: vt extr. de ord. cog. c. tuam. & qui si sine legit. c. letor. & c. tuam, & optime extra de sentent. excommunic. c. si iudex laicus. lib. 6. Aliamq; tandem adducit limitationem idemmet Bald. in s. l. Tūia cū si. secundum Guliel. Durand. in Spec. tit. de cōuentio. & recōuent. §. nū dicamus. vers. sed nūquid. in quo etiā prima fronte videbatur Bart. contradicere in d. l. omni nouatione cessante, q̄ reuera nō est contrarietas, sed alia limitatio, pulchra. Cum n. superius Bart. referendo, dixerat de causa spirituali, nec de mero

- mere ecclesiastica laicum posse aliqualiter se impedire; addit illud verum esse, in modum contentioꝝ iurisdictionis, secus in voluntaria iurisdictione: Vnde, tenet confessio facta de plano coram ipso. Breui, igitur ex iam dictis omnibus est conclusio: Quod autem queritur de iure tantum, & tunc resert; An per modum iurisdictionis contentioꝝ, aut voluntariaꝝ: aut simul de facto, & de iure, velut inseparabili, & idem: aut de facto tantum; & illa non est causa usuraria; ideo recte apud iudicem laicum venit tractanda. Nec tunc posset laicus trahi in iudicium ecclesiasticum.
- 26 Secundo iuniores, hanc regulam hic obseruantur quam tradidit Iohan. Koelner. de Vanckel, in Summar. & conclus. sext. tit. de except. c. iam quidam, concl. 1. hisce verbis: Ecclesiasticus in spiritualibus, & matrimonialibus, & annexis cognoscit etiam inter laicos. c. tuam de ordin. cognit. c. causam, qui filii sunt legit. Similiter in articulis fidei, & in crimine heresie; sed tunc executio finalis spectat ad iudicium secularium. c. excommunicamus i. supr. de hereti. & c. cum secundum leges infr. de hereti. In aliis criminibus distinguendum est; aut enim sunt introducita per ius canonicum, ut est crimen synoniae: & ecclesiasticus cognoscet; c. cum sit generale. de foro competenti, aut per utrumque ius, & sic locus est præventioni. argu. c. tue. de procurato. de quo vide glossam, quæ est notabilis in c. nos inter. de pur. canon.

- 7 Tertio illud etiam hic notandum, iudicij seculari, coram quo haec cause proposuntur, si dubitat, an calumniis proponantur, bona cautela est, quod opposenti statuat terminum, ad producendum, coram eo, capitula, quæ vult probare in curia ecclesiastica: vt hic videat, an capitula relevant, & si non relevant, ad ultiora procedat. Alia cautela est singularis ad obuiandum calumniis taliter opponentium, iuxta clem. ut calumnias, de re iudicis quod detur opposenti tētraines, sed le præsentandum coram ecclesiastico, quo elapsus, si non præsentauerit poterit procedere contra eum, non obstante sua exceptione: ita singulariter voluit Bald. & Alex. post eum, in l. de die. §. tutor. ff. qui satisfare cogant. & in d. l. Titia, in vlt. col. ff. solut. matr. & illud verum est, in termino dato excipienti ad se præsentandum, non dico ad probandum exceptionem oppositam; quia talis terminus non potest assigurare; vt in dictis locis notatur, & per Bart. etiam, in l. præses. C. de appellat. & per eundem Bart. & Ioh. de Imol. plenius, in l. 2. ff. de re iud. Hypolit. de Matfil. in d. l.

Quarto addo pro complemento huius materiae nobilem doctrinam Decii, in l. magistratib. nu. vlt. ff. de iurisd. omn. iud. Licet vterque iudex habeat iurisdictionem, tamen ille, qui præoccupauit, attendi debet, arg. l. i. C. de offi. consul. facit text. in vers. vbi caput. in l. si quis postea. infr. de iudic. Et ideo si ecclesiasticus cognovit, & iudicauit, & pro facilitori executione committat executionem seculari, videtur quod secularis debeat exequi commissionem simplificiter in te de qua cognitum fuit & iudicatum: videtur tamen, quod dictum Doct. in 2. casu salvare possit, quando iudex secularis vellet nouum processum inchoare, ad alium finem: ut quia punitur in foro canonico, etiam potest poniti in foro seculari: vt notat Bald. in l. placet circa finem. C. de sacro sanct. eccl. in vers. sic ergo: vbi inquit, quod pena

spiritualis non tollit temporalem; nec è contra, & no. Abb. in c. tua col. pen. de procu. & probatur in c. felicit. §. per hoc quoq; de pœnis in c. cum si. que Fel. tradit in c. de his col. fi. de accu. Conueniunt hisce, quæ notat Agia fundam: 20 fol. 100. hisce verbis: Quæstio: an in prædictis mixtis iudicatum in auditorio ecclesiastico, possit iterum examinari & puniri in foro competenti. Sic communis consensu tradunt Doctores, Abb. ad c. 1. circa fin. de officio ordinarii. & ad c. tua. de procurat. Bal. ad l. placet. C. de sacro eccl. & consil. 1260. lib. 3. iterum Abbas, & cum eo Areti. & Fel. ad c. de his, de accusat. Iohann. Andri. Dominic. & Franc. ad c. felicit. §. per hoc de pœnis lib. 6. Couarr. lib. 2. variar. resolut. c. 10. nn. 6. Iulius Clarus in § fin. prect. crim. q. 55. nu. 11. & 14. Cuicis rei rationem illam afferte solent; quod iurisdictione ecclesiastica à laicali est protus leuiora, & separata. Can. 10. sum seq. 96. distinct. Ideo absolutionis sententia in uno iudicio lata, non parit cōtra aliud rei iudicatz, exceptionem.

Negativa fundatur in c. de his, de accusat. alii vt Iohann. Andri. Dominic. Panorm. Aretin. teste Couarr. distinguunt: ac tunc locum affirmatiuum sibi sumere posse, quando pœna à iudice ecclesiastico inflata, non esset sufficiens ad criminis punitiōnem, & culpe mensuram.

C A P V T X.

Decasibus in quibus propriæ locum habet brachii inuocatio.

S U M M A R I A.

- 1 Conciliorum executio fit per inuocationem brachii.
- 2 Iudex secularis quando in realibus fit adeundus.
- 3 Pœnas sanguinis exequuntur iudices secularis, imploratio brachio,
- 4 Protestatio quando interponatur, cum de clero plebendo agitur. (rem remittit).
- 5 Iudex ecclesiasticus laicū incarceraendum ad seculari.
- 6 Et an clericos carcerare posse ecclesiasticus.
- 7 Laicus, si presidi non vult obedire, episcopus potest eum excommunicare.
- 8 Clerici inferentis episcopo iniuriarum pœna, à laico executioni mandatur.
- 9 Contumacia est delictum.
- 10 Brachii inuocatio locū habet ob contemptū sententie.
- 11 Ut & ob denegatam iustitiam.
- 12 De obligatiōne ad brachium remissione.
- 13 Brachii inuocatio habet locum quotiescumq; inuenitur resistentia.
- 14 Alii casus recensentur, in quibus brachii remedio opus.

Etsi ex supra deductis, magna ex parte, elicuntur ea, quæ ad explicationem huius capituli conferunt: ne tamen generalitas, vt fete seni per fieri solet, lectori dubium, aut molestiam moueat, & in l. byrrinthum ducat, casus non quidem omnes: id enim singularem tractatum exigeret, sed maxime notabiles; hic recensendo eo ordine duxi, vt alia faciliter, suo loco, & classibus hic notatis, ita fieri possint. Occupatur autem brachii inuocatio, vel circa ecclesiastica, vel secularia.

Circa ecclesiastica quæ versantur, maxime ex parte supracit. 8. sunt exposita. In specie autem hic illud notandum, quod executionem f. conciliorū in hoc remedio si tibi debere concedant: cuius rei exemplum est in pragmat. sancti tit. de collatione sol. mibi 8. vbi haec verba habentur: item visum fuit eidem congregatiōni, quicquid conciliū statuerit, vt dicta,

gratia, si quae siant, sint nullæ, ipso facto, quod nihilominus debeant constitui, per concilium, graves paenæ, aduersus omnes, & singulos, qui de cetero eas impetrabunt, seu acceptabunt, vel conuebunt, aut qui eis utrū exinde præsument, vel conabuntur, inuocando etiam contra tales (si opus videantur) auxiliū brachii secularis. In secularibus quæ versantur, aut sunt personalia, aut realia.

2. In realibus, ut supra demonstratum, ad iudicem seculariem, maxime de consuetudine Galliz, recurrendum est. Quod sic expressit Io. Quintin. Hædu. in aristocratia, fol. 71. Inualuit & vetus, in Gallia, consuetudo, non alios, quam regios iudices, de mixtis, & realibus clericorum actionibus cognoscere, sed & de personalibus quibusdam, per Masuerium, iuris & vias forensis peritissimum, in tit. de iudi. & iurid. Imo quoties ecclesia ipsa de re immobili profana experitur, adeundus est laicus iudex: Nam per regnum Franciae prælatis omnibus actionum realium cognitio verita est. Proditum hoc inuenies à Io. Fabr. in §. item seruiana. Instit. de acti. Et apud Aufrixiū legimus arresto parlamēto grauiter multatum episcopum quendam Cabilonensem, qui contra fuerat ausus, ante annos fere ducentos. Meminit & Baldus huiusc consuetudinis Franciae, in auth. Clericus C. de episcop. & cler. ut iniquam tacēt en reprobans. Huic inituntur iudices regii, soliti quotidie pronunciare de possessionibus beneficiorum ecclesiasticorum, & decimarum, & quorumcumq; talium spiritualium: ita ut ab illis solis remedia possessoria petantur, &c. Vbi pro, & contra disputat; quomodo impugnari & sustineri d. consuetudo possit.

In personalibus quæ consistunt, vel speciem deliq̄tū habent, aut ciuilia sunt.

Delicta, aut eius speciem habentia, sunt:

3. Primo, omnes ut causæ paenam sanguinis inferentes: Nam maiora crimina, paenam sanguinis exigentia, sibi non assumunt canonistæ, sed expressa dispositione a se remouent; quod latissime: cum iudicio tamen legendi, præter antiquiores canonistas, tanq; pro aris & focis certantes, & alii recentiores explicant, inter ceteros Lælius Iordanus, de maiorib. episc. caus. ad Pap. deferend. per totum tract. maxime c. 8. Et Iosephus Stephanus Valent. in tract. de potestat. coact. quam Roman. Pontif. exercet in negotio seculari, maxime fol. 209. M. Anton. Cuchus in Instit. iuris can. li. 4. tit. 10. §. suspensionis. Et in specie Guedisalvius de Villadiego, in tract. de heretic. q. II. n. 17. vbi expresta, ex hac ratione, brachium secularare fundant, docentq; quatenus etiam in criminalibus, pœnas, non inuocato brachio, infligant ecclesiastici, adeo ut etiam in criminalibus iudicii seculari, interroganti reum, qui se clericū afferit, non tenetur ipse respondere, quod contra Ioh. Mil. in & præf. criminis fol. 94. in verb. fori prescript. nu. 3. qui ita Parisiis decisum fuisse refert, afferere non eruuerit Catarr. in prax. interrogand. lib. 1. c. 1. n. 12. Id tamen alii sic accipiunt, si habitu clerali habuerit, alias, ut laicus, absq; omni dubio, puniri possit, ut ita quendam Iohannem punitum notanter inquit Ioan. de Gres. in summa rural. tit. de Gardes des prisons. vers. de clericis fol. mibi 198. Id est Jacob de Grasis in decis. cas. conscient. lib. 4. c. 20. n. 153. vbi comin. dicit ex Fulgo. & Couarr. vidi tamen hæc aliter expli- cantem Alba. conf. 13. n. 6. & 7. Et alio modo tra- cantem ea omnia, quæ supra dicta sunt, Beret-

tū conf. 3. vt & Ioh. Gerzon, in resolut. supr. 12. confide- rationib. circa materiam excommunicat. Et quæ cōtra prædictorum fere omniū hyperbolas, nouissime Italico idiomate edita, sub tit. Resposta d' un dottor in Theologia sopra il breve de Papa Paulo V. Contra i signori Venetiani. Circa q̄ tamen traditionem notandum, & saepe hic protestatione opus esse, quod apposite hisce verbis explicauit Francisc. Marcus decis. 771. Quæritur, an clericus, seu persona ecclesiastica, in causa ciuili, pro executione sententia, possit petere auxilium brachii secularis ciuiliter, & ad effectus ciuiles, & cum protestatione, quod non tendat ad paenam sanguinis? Et dicendum est, quod sic c. 2. de homicid. lib. 6. secundū P. nor. & Ioa. de Anan. in c. postulasti. de homici. nec impunabitur clericu, si fiat executio via militari, si postea sequatur pœna sanguinis, alias daretur materia laicis, clericos trucidandi, eosq; bonis spoliādi: Quia una curia tenetur impartiri brachium suum alteri, in eorum subsidium, iuxta. notat. per gl. & Innoc. in c. 1. de offi. ordi. vide Ioh. Fabr. in l. 1. C. de offi. milit. iud. quod clericu isto casu non incurrit irregularitatē. Et istud vidi alias practicā dum essem in curia super executione aresti sententia latæ, in magno consilio, ad utilitatem reuerendi domini Abbatis sancti Antonii, contra religiosos monasterii sancti Petri montis in Arelatensis, vbi petebatur fieri execucio manu forti, seu militari, pro parte dicti domini Abbatis sancti Antonii, cu[m] protestatione ad effectus ciuiles, & quod non tendebat, ad vindictam sanguinis.

Secundo, ut cum de laico incarcero agitur: quod sic notanter expressit Ioh. à Royas, in singular. in fauor. fidei. singul. 108. hisce verbis: Iudex ecclesiasticus, siue delegatus, seu ordinarius, cognoscens de aliqua causa ciuili vel criminali laicorum, cuius cognitio ad iudicem ecclesiasticum pertinet, non poterit laicos carcerare, neq; suā sententiā ciuilem, vel criminalē propria authoritate exequi, sed iudicis secularis auxiliū inuocare, & implorare debet. c. 1. c. quoniam, de offici. ordi. vbi tex. in d. c. 1. disponit, quod episcopi habeant liberam potestatē adulteria, & scelera inquirendi, & iudicandi, & cu[m] opus fuerit publicū inuocent auxilium. Datur ergo facultas iudicii ecclesiastico, ut possit aliquando contra laicos cognoscere, & ut mucrone spirituali, & inuocare auxiliū brachii secularis, quoad capturā, executionē faciendam: idem probat. c. cum episcopus, de offi. ordi. lib. 6. c. dilecto. de sent. excom. lib. 6. c. postulasti. de homi. c. 2. de maledic. c. vt officiū. §. compescendi, p argumentū a speciali, de bare. lib. 6. l. episcopale. C. de episc. & cler. tenuit Oldrad. conf. 86. incip. queritur Ioh. And. in d. c. cum episcopus, & in Spec. sit. de offi. ordi. post prin. Anchara. in reg. ea qua. q. 2. de reg. iur. li. 6. vbi hanc dicit esse communem opinionem: & d. c. cum episcopus. & decisio Capella Tholo. 378. incip. item fuit quasitū. Rom. sing. 703. incip. tu scū notanda. Iregia 7. tit. 3. ord. & in petitione facta in curiis Tolestanis in fine anno 1525. & in curiis de Madrid. 2. in ordine an. 1534. optimè Pala Rub. in c. per vestras. par. 2. §. 1. n. 18. cu[m] seq. fol. 81. col. 2. de dona. in iher. vir. & viror. late Couarr. vbi concordat, & declarat hac cōmunem opinionē in questionibus practi. c. 10. n. 2. cum seqq. Contrariā vero opinionē, quod iudex ecclesiasticus poterit laicos carcerare, & executionē in bonis eorum facere, tenuit Anania. in rubr. de senti. & in c. qualiter, in 2. §. ad corrigendos. de accusa. Felicis, ponderando aliqua iura, in d. c. cum sit generale. nu. 20. de foro

foro compet. Domi. & Francus. in d.c. cum episcopis. & hæc ultima opinio in Hispania, in omnibus fere episcopatibus est de vsu, & eos suetudine præscripta, quæ seruanda est, ut dicit Bald. in c. significasti. de offi. ord. Pala. Rubr. & Couarr. affirmant in locis modo citatis, sed non est de iure, sed tantu de consuetudine. &c. Eadem & Agia. fundamento 12. recitat, & limitat sequentib. verbis ecclesiasticus iudex, nec bona, nec plonam laici capere potest pro executione sententie civilis a se prolatæ, sed debet secularis brachium inuocare: ita tenet Couarru. prædict. car. quæst. c. 10. n. 2. atq; in hoc sensu intelligi potest opinio Ioan. Andr. in additionib. & Speculatorum in rubr. de offi. ordi. Petr. de Anchoran. Inolo ad c. cum episcop. de offi. ordi. lib. 6. & aliorum, quos refert Feli. ad c. cum sit generale. de foro compet. existimantiū, ecclesiasticum magistratum, non posse laicum capere, & in carcere detrudere: quam etsi commu- nem testentur Aufreius, in tractatu de potestate eccl. super laicus. n. 1. & seq. & Didac. Couarr. loco citato; eam tamen intelligendam esse existimo in sensu nostri fundamenti, non item eum de ipso agitur criminis, prout superiori fundamento diximus: licet Menchata lib. 3. de testam. § 22. n. 17. opinionem Ioannis Andic. frequentiori calculo receperam dicat: subiicit tamen, tantum esse eorum numerum, q; contrariam partem tuentur, ut fere ne sciri possit, q; sit receptor. Quia autem idem Agia se ad pcedentia refert, etiam illa annexenda sunt q; a habent fundamento 11. sequentibus verbis: Ecclesiasticus iudex, qui aduersus laicos in criminiibus mixti fori, de iure censemur cōpetens, & legitimus, cu de ipso agitur crimen, valet eos personaliter capere, carcere, atq; punire, vbi id consuetudine legitime præcripta obtendū est. Ita Bal. ad c. significasti. de offi. delegat. quem sequitur Ioan. Lupus referente Couarr. præd. q. c. 10. n. 2. & Iulius Clat. in præd. criminal. q. 37. vers. vnu. & cipse Couarr. loco citato atq; hanc consuetudinem, in plurib. Hispaniaturum diocesis inueteratam Philippus II. Hispaniaru Rex Catholice, nec tollere, nec abrogare voluit: etiā; s; vt idem ait Couarruias; haud raro in publicis totius regni conuentibus, fuerit rogatus, ut eam praxim aboleret. Ex hoc fundamento optime sequitur: q; si iudex ecclesiasticus canonice aduersus laicum, criminali iudicio, vel sententiam tulerit, vel cognitione, & examen culpa, ad punitionem instituerit, iuste poterit laicum ipsum capere, & in carcere trudere. Quod facile intelligi potest ex iis, q; ecclesiastica tuentur iurisdictionem, atq; idem Couarruias verum esse putat d.c. 10. vers. 2. & probat text. in c. attendendum 17. q. 4. & in c. contra idolorum. 26. q. 5. tradit Roman. in singulari 6. 60. Aufreius in Clem. i. de offi. ordi. q. 5. Potest igitur iudex ecclesiasticus, cum de ipso agitur crimen, capere laicum, & in carcere mittere: alioquin illusoria esset eius iurisdictionio. nam si concedimus in causa mixti fori, ipsum habere iurisdictionem, fateri quoq; oportet, ea videri concessa, sine quib. iurisdictione explicare nō potest l. vlt. §. vlt. ff. de offi. eius cui mādat. est iurisd. l. 2. ff. de iurisd. 6. omnī iudic. &c. Idēq; ad clericos extendit. t. Possint ne vero clerici, criminū mixtorū rei, in carcere trudi ab ecclesiastico iudice, sicut & laici, quidam dubium reddunt: certum tamen est, posse, quotiescunq; de huiusmodi criminibus fuerint accusati.

ti: ex c. episcop. vbi notant omnes. de offic. ordin. lib. 6.

Similiter ea quæ iam de carcere dicta, sunt, eo extendunt etiam, vt si laicus suo præsidit obediens non velit, episcopus req̄situs, debeat eos excommunicare. Aules. c. 20. Prætorum. n. 17.

Terrio, cum episcopo, vel superiori clericus intulit iniuriam, quod sequentibus declarat Paulus Fuscus. singul. 27. Episcopus potest excommunicare clericum inferentem sibi iniuriā, imo depone, & tradere curia seculari. c. si quis sacerdotum 11. q. i. Abb. in c. at si clerici vbi Decius n. 39. de iud. & dicit gl. in d.c. si quis. talem iniuriam reputari inferri, & episcopo, & eius ecclesiæ, t̄ ex quo sequitur, episcopum non posse remittere per se glo. in c. con- questus. de usur. & in c. si diligenti de foro cōpet. Rau. sing. 4. 18. & glo. antepe. in c. salonitana 63. dist. & q; poslit excommunicare gl. in c. si quis 2. q. 7. & alia, in c. inter querelas 23. q. 4. Quarto, cum contumacia sit delictum l. contumacia & ibi Dd. de re iudicata. sancimine. C. de iudicis. Tessa. decis. 2. 65. n. 1. Viu. decis. 138. nu. 25. Gail. li. 2. de pace publica: c. s. n. 14. ipsum iudicem, & partem, ac alios eludens, post gl. Viu. d. l. n. 2. 6. & notauit de cōmis. lib. 2. c. 6. 13. n. 6. par. 2. Regulatiter brachii inuocatio conceditur cum contemnitur contumaciter sententia, de quo supra actū, & notat Zasius, post Odofred. in parat. de rei vend. nn. 43. Quinto, etiam denegationem iustitiae sapere speciem delicti arbitror, ptoindeq; ratione eius brachium fundari, notauit glo. latin. ad Landrechit iuriis Saxon. tit. lli. i. lli. d. Nra inquit hoc, q; dicitur de inuocatione brachii secularis, siue ecclesiastici, procedere, quādo alter fuerit negligens in administranda iustitia, in causis ad se pertinentibus, secundum q; notat Abb. in c. quod super. n. 13. de voto & voti redemptione, & late per Rauennat. in summa decretal. tit. de offic. ordi. n. 5. & 6. Ex contraētu eitiam potest inuocari brachium, t̄ cum quis se se obligavit ad brachium, de quo quia superius actum, c. 6. in fin. id hic non repetit. Et hæ sunt speciales causæ; quibus & addi possunt alia generaliores, de quib. & similia facile potest argumentari.

Primo in omnib. t̄ causis, vbi inuenit resisten- 13 tiam, vt notat Hypolit. de Marsil. in tract. de banni- ti, in verb. iudice. n. 178. vbi post Cardinal. & gl. dicit, q; iudex ecclesiasticus potest implorare brachium iudicis secularis, quando inuenit resistenciam, multa ad hoc adseruntur a Ioan. Koelner, d. loc. in tit. de sentent. excommunicat. in c. electo conclus. vlt. vbi dicit, p̄latum ad temporalem gladium currere, tanquam ad malleum. Secundo t̄ alii casus acutuati à 14 gl. in c. filius 16. q. 7. dicens tū demū pro corrigen- dis clericis esse recurrentum ad Regem seu iudicem secularis, quādo iudex ecclesiasticus deest, vel est negligens, vel quando non est habilis ad compescendos clericorum iniurias, & idem est respectu potestatis deficientis alia gl. in c. principes fecuti. in verb. intra eccl. s. 23. q. 5. per text. in c. 2. exir. de cleric. ex com. minist. & in c. nec licuit. infr. distinct. 30. post Anton. Lopez. Fulu. Pacian. conf. 164. n. 31.

C A P V T XI.

De exceptionibus, seu excusa- tionibus.

S V M M A R I A.

I Excusationes admittenda: si legitime. n. 2. 7.

Cap. XI.de exception.

- 3 Aduocatus: Legati, num. 4. Tutores, nu. 5. coguntur
suf: ipere munera.
6 Excusationes quando proponenda.
8 Extrajudicialiter procedenti iudici, non obtempo-
randum.
9 Extrajudicialis actus non est actus.
10 Testamentum nullum abusus dicitur testamen-
tum.
11 Episcopi mere Theologi quo virtio laborent in concipi-
endis sententiis.
12 Assessores quales esse debeant.
13 Aduocati quales esse debeant.
14 Iudicis incompetentis sententia non exequenda.
15 Sententia laici in clericum est nulla.
16 Religionis constitutio quoad competentiam quomo-
do accipienda.
17 Contumacie pena propria est excommunicatio.
18 Excommunicatio non habet locum in minoribus
causis.
19 Extrajudicialiter, & nulliter procedere paria sunt.
20 Nullitas quid operetur, & an impediat executionem.
21 Sententia lata ex falso instrumento non exequenda.
22 Nullitas probanda est.
23 Sententia cuius executio petitur per brachium, debet
transfisse in rem iudicatam.
24 Sententia à qua appellatum, non debet exequi per
brachium: Si modo valida sit. n. 26.
25 Appellatione pendente procedens iudici iniuriam
facit.
27 Sententiam iniquam hic, vt & alias non exequen-
dam late demonstratur: etiam exemplis concil. nu.
31. vide nu. 32. Contrarium n. 33. distinctionem an
notorie iniusta: & quis de eo cognoscat. nu. 34. Et
attenditur iniquitas etiam non opposita n. 35.
28 Paria sunt, non esse, & nulliter esse.
29 Leges iniusta, non merentur nomen legis, & nu. 30.
36 Brachii imploratio potest revocari.
37 Brachium non impartiendum, si iudex scientiam ba-
beat pro condemnato.
38 De exceptionibus contra brachium, generalis do-
ctrina.

CV M ita comparatum in iure reperiamus, vt
ii qui ad officium aliquod expediendū com-
pelli possunt, non absolute, † sed tum demum si
causas sufficietes non allegent, adigantur: si vero
sufficietes allegent, excusentur, argumento l. 27.
si quis. §. qui mandatum suscipit, ibi: si vero intelligit, id
officium se explere non posse, id ipsum, cum primum pote-
rit, debet mādatōr: iunisciare, vt si velit, alterius opera
vtatur. ff. mandat, nec infrequens id in Camera: vt
cui aliquid à Camera iniungitur, si se imparem
iudicet, excusetur. Ord. Camer. tit. 4.8. part. 3. §. Vnd
also; & sic nobilis se excusabat, quod non posset
facere executionem in causa Wodelschwing
Herkerdorff/ mādati executorialis, 24. Octob. An-
no 1573. Ratio est; qd excusans se, debet allegare
causam iustum, & illam iustificare rationibus pro-
babilibus, vt post Innocentium, Bart. Bald. & Spe-
culat. prodidit Rebuff. in tractat de excusat. nu. 10.
& à munere publico: quale est hoc: vt quis excuse-
tur, requirit aliqua excusatio legitima, † vt pro re-
gula tradidit Petr. Corne. conf. 164. n. 2. lib. 4. §. 1. &
ibid. in verb. publ. de excusat. tutor. Petrus Monta. de
tute. c. 25. n. 1. Vnde & traditur, quando propter ali-
quem bonum respectum literæ principis ponun-
tur in executione, quod scribatur principi, & mit-

tantur testimonia de causis, quare mādatum non
adimpleatur. Greg. Lopez in addit. ad partidas His-
panic. part. 2. tit. 8. l. 19. in verbo, fuga testigos. Hinc in
simili dicitur: † Quod licet aduocatus cogi possit, †
tamen id non habere locum, si se excuset, Bald. in
l. prouidendum. C. de postulando. argument. l. humanita-
tis. C. de excusat. tutor. Gail. lib. 1. obseruat. obser. 44. nu.
9. Idemque de legatis † traditur, l. sciendum est. §. si 4
accusatio ff. de leg. &c de tutore † in l. 22. C. de excus. tut. 5
Et id in commissario etiam locum obtainere, in fe-
riorum Ordinationes testantur: vt in Münsterio
scher Ordnung/tit. 50. disponitur sol der Commis-
sarius, so fern er keine erhebliche vrsachen vorzu-
wenden/ gezwungen vnd gehalten werden/ rc.

Et tunc superior, si modo debito † tempore, †
hoc est non longo interuallo, sed statim atque po-
test, l. hi qui ad ciuilia, C. de appellat. Viuius decis. 44.
num. 1. cas preponit, & ex sint iustæ, id est, quæ ex-
quitate nitantur, L. 1. de vacat munerum: faliud 7
enim est, si falsis excusationibus vlus §. fin. Inflit. de
excusat. & tot. tit. C. si tut. fals. alleg. l. 5. C. de prad. mi-
nor. tot. ti. si ex falso instr.) debet illas attendere, nec
potest quenquam supra vires suas onerate aut pa-
ti, vt per alium fiat, Molin. consuet. Paris. §. 1. num. 8.
Iccirco hic nos de iis agemus: & quia iā diximus,
exceptiones debere esse iustas: quæ sint iustæ ex-
ceptiones examinabimus: Quod vt dexterius † fie-
ri possit, notandum, quod aut processit iudex iu-
dicialiter, aut extrajudicialiter. Nam si extraudi-
cialiter procedit, is qui inuocatur non tenetur ei
inuocanti parere, Innoc. in c. 1. nu. 2. versic. item se
nosceret Rex, iuncto versic. & intelligitur hoc, de offic. or-
din. quem ibidem fecuti sunt Ioan. Andr. num. 10.
versic. & intelligit hoc, Innoc. Bellam. nu. 4. in 4. oppo-
sit. versic. quid dicendum. Anton. de Butr. nu. 24. versic.
conclude ergo. & d. nu. 24. colu. 4. in princip. versic. in fine
videtur: & cap. sic ergo, vers. in aliis extrajudicialibus.
Itmol. num. 16. vers. demum finaliter. & d. nu. 16. ante fi-
nem. vers. & ex predictis Zabar. col. 4. in princip. vers. &
quod dixi Regem. Anch. num. 6. vers. & hoc verum.
Abb. nu. 11. vers. sed postea. Innoc. Nauarr. in c. cū con-
tingat. i. remed. num. 7. vers. tertio respondeo, extra de-
script. vbi sit, quod dictum Innocent. in d. c. 1. est co-
muniter receptum Ignat. Lopez. de c. 154. n. 19. Fa-
rinac. de penit. temperandū q. 97. nu. 97. Alciatus in c.
1. de offi. ordin. nu. 117: Rationes assignat Michael A-
gia casu. 5. pag. 158. qd actus extrajudicialiter nul-
lus, † non dicitur actus. l. sicut ff. de oper. libertor. & l. 9
non dubium. C. de legib. sicut testamentum † nullum,
abusus dicitur testamentum l. 2. §. 1. ff. quemadmo-
dum. test. aper. Si ergo ecclesiasticus processit extra-
judicialiter, & pro executione sententie implorauit auxilium magistratus ciuilis, tunc potest, &
debet secularis iudex videre acta coram iudice ec-
clesiastico facta: & si reperiatur, iudicē ecclesiasticū
perpetrā processisse, maxime grauando partē, non
tenetur, imo nō debet suum p̄stare auxiliū, maxi-
me si erat casus seruādus & nō fuit seruatus: † hoc
n. vitio maxime laborant Episcopi mere Theolo-
gi, & qd nulla callent iurisperitia: p̄serrim quando
non iuxta allegata, & probata, sed ex arbitratu
suo iura pronuntiant, contra id quod expresse ha-
betur tan. iudicet. 3. q. 7. in illis verbis: Bonus iudex
nihil ex arbitratu suo facit, sed iuxta leges, & iura
pnunciāt. Tenentur igitur episcopi assessores, vel
vicarios habere † in iure peritos, Deū Opt. M. x. 12
timen-

timentes, bona indolis, & timorata conscientia, quorum consilio causas discutant, lites dirimant, & sententias ferant. Sunt enim (proh dolor) qui-
dam aduocati, & afferentes teste Alberic. de Rosat. in l. ab Anafasio. C. mandati, cauillosi, astuti, inuenientes argumenta contra legis intentionem, & dis-
positionem, mendaces, vaniloqui, seductores, ad malitiam proni, omnia mala inuenientes, ut in Authent. vt hi qui obliga se habe peri res minorum, ultra principium, & huiusmodi sunt, qui videre faciunt malam causam, bonam, ut not. glo. in l. quod si nolit. §. mancipium. ff. de adil. edid. & qui nec Deum timet, nec pœnas vetentur æternas, c. cum eterni tribu. de re iudic. lib. 6. sed interdum modico interueniente lucro, atq; ut pro negotiis alienis videantur periti, perdunt animas in perpetuum.

13 Debent igitur aduocati veraces esse in sermo-
ne, iusti in iudicio, & pleni in consilio, & qui tales inuenient fuerint recti, & iusti, meliorem vitam du-
cunt, quam fratres prædicatores, vel religiosi se-
cundum Hostiens. in summa sua proœmio, in 4. col. &
de istorum numero tenentur Episcopi eligere si-
bi aduocatos, quorum consilio atque prudentia
recte, iuste, & laudabiliter, sicut decet Episcopos,
cuncta iudicent.

Si iudicialiter processit, omnino consideran-
dum, an iudex ecclesiasticus ille fuerit competens
14 in t causa. Nam quod sententiam à iudice ecclesiastico incompetente latam iudex secularis ex-
equi non debeat, probarunt Anton. de Butr. in cap.
I. num. 24. in fine, de offic. ordinari. & ibi etiam Imol.
num. 16. in fine, versic. 1. potest dici Boff. in tit. de sen-
tent. n. 115. vbi dicit, quod iste casus sit clarus in di-
ctis omnium Doctorum. Rolandus consil. 37. nu. 2.
& seqq. lib. 1. vbi ex Bald. & Salycket, quem allegat,
in l. criminali, col. 1. C. de iurisd. omn. iud. & ex Feder.
de Sen. in consil. 251. col. 2. & Calcan. consil. 219. etiam
col. 2. dixit, quod imo puniuntur iudices ex-
equentes sententias incompetentium, & quod
proprietarya debeat iudex secularis, à quo per iudi-
cem delegatum imploratur brachium, bene ad-
uertere, an ille sit competens, & ob id facere sibi
exhibere copiam suæ delegationis; & si erit in-
competens, nullum obedientia, vel executionis
ministerium præbere debet, quod & Roland.
refert, & sequitur Menoch. in 3. remed. retinend. pos-
sess. num. 360. Vbi etiam dicit communem, nec dis-
sentit Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim.
canon. cap. 154. n. 8. vers. est tamen necessarium. Hieton.
Giacchar. in addit. ad Clar. in pract. crim. §. final. quæst.
37. vers pen. lit. c. Farinac. d. loc. n. 94. Grævæus nu. 9.
Hinc Agia d. loc. casu 7. alt: Sententia magistratus

15 ciuilis lata in clericum, est penitus t nulla ex defe-
ctu iurisdictionis, etiam si clericus tacuit, neque v-
sus est fori præscriptione, ut optime dixerunt So-
cin. consil. 12. & Petrus Auendan. in tractat. de exe-
quen. mandat. c. 22. n. 2. Similiter sententia Episco-
pi in laicum super criminis mere profano, siue
temporali, super quo nullam habet iurisdictionem, vel quia illa vñus est extra suum territorium,
(quod absque peccato fieri minime potuit) teste
D. Thoma 22. q. 60. artic. 6. vel quia fuit lata con-
tra exemptum. clement. sepe de verbis signif. est prot-
sus nulla, ex defectu iurisdictionis. Vnde exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab

initio nullum; ex defectu iurisdictionis, potest
quandocunque etiam post sententiam opponi, &
impedit executionem illius sententiae, & etiam
executionem trium conformium sententiarum,
vt post glo. ad Clement. I. de re iudic. & ad clemen. I.
de sequestrat. possit. & fruct. bis assuerat Couarru.
pract. q. 6. 21. num. 4. & cap. 33. n. 3. Non igitur debet
suum auxilium impartire magistratus ciuilis pro
executione sententiae latæ in laicum, super crimi-
ne mere profano, cum sit omnino nulla ex defe-
ctu iurisdictionis, ut dictum est.

Quomodo autem t hoc accipendum sit in no-
stra constitutione religionis, explicat author de-
cis. Cam. in verbo Brachium. §. quando, vers. Nec ob-
stat, inquiens. Si iudex secularis Augustana con-
fessionis opponat, officialis iurisdictionem, vt no-
torie incompetens iudicis, iure sperti possit, per
Innoc. & com. DD. in cap. 2. de dilat. Et sic proces-
sum contra non comparentes esse nullum. glo. in
cap. si Episcopus, verbo conuocari. 3. quæst. 2. cap. veniens.
cap. si duobus, & cap. si audi de Appellat. in 6. commu-
niter Dd. in cap. 2. de dilat. Sicque executioni man-
dari non debere, quia quod nullum est, executio-
nem non meretur. l. 4. §. condemnatum. & ibi Bart.
Alexand. & Dd. de re iud. l. cum nulla d. tit. Bartol. l.
1. C. de execut. rei iudic. Marant. part. 6. tit. de execus sen-
tent. n. 3. fol. 671. Respondeatur enim quod licet in
confesso sit, locum aliquem cum omni iurisdictione,
ad iudicem secularis pertinere, tamen id
intelligendum est, de ea iurisdictione, cuius capax
ipse laicus esse potest, non autem de spirituali,
quæ ad ecclesiam tantum pertinet: Imperiali e-
nim iudicio iura ecclesiastica dissolvi nequeunt,
c. 1. c. certum c. imperium. c. quoniam 10. distinc. textus
rotundus in c. 2. extra de iudicis.

Cum autem causa talis sit, ratione cuius laicus
ad iudicem ecclesiasticum vocari potest, quia
agit de rebus ecclesiæ, quæ non negentur ec-
clesiæ esse certe officialis Reum iure citare po-
test, per cap. si clericus laicum. de foro competent. &
ibi Innoc. qualitercumque agatur de re, vel pro re Ecclesiæ, vel ipsius clericis, actione reali, vel personali; & hoc propter qualitatem rei. Quia res cu-
tius occasione agitur, est Ecclesiastica: secus si aga-
tur actione personali, pure, & non de re Ecclesiastica,
quia tunc secularis cognoscit, & ita intelligendus est Inno. in c. cum sit reale. Abb. d. c. si clericus.
numer. 13. de foro compet. Et hoc probari inquit,
ex litera illius textus: quia se non fundat text. super
rei vñdicatione, sed videatur hoc privilegium cō-
cedi iure, qualitercumque agatur de re Ecclesiastica,
quia laici vt plurimum sunt negligentes in ex-
hibendo Clericis iustitiam c. cum sit infr. eod. vel
quia ex detentione vel detentione rei Ecclesiastica
mala præsumatur detentio. Idem tenet Za-
barella, quem refert & sequitur Marianus Socin.
per fundamenta domini sui Abb. d. c. Clericus. n. 15.
de foro compet.

Quando etiam in literis monitorialibus offici-
alis qualitas expressa est, quæ omnino fundat iu-
risdictionem suam, ut illegitima exactio censi-
um, & reddituum ad ecclesiam spectantium, vel
quia emphyteutæ, coloni, censuarii & rustici d.
Ecclesia ut possessores talium bonorum Ecclesiasticorum,
moniti, & citati sunt, dubium non

est, quin officialis contra non comparentes, & contumaces procedere, eorumq; contumaciam 17 punire potuerit, & quidem † excommunicatio-
nis pena, quæ proprie pena est contumacia.
Francil. in c. qua fronte 2. notab. de appell. c. quoniam in
fin. extra, vt lite non contest. gl. in c. duo sunt. in verb. vi-
18 debatur 96. distinct. Quæ dicit, quod † licet in mini-
bris casibus non sit quis excommunicandus. cap.
Episcopi. 2. quæst. 3. tamen quæbet contumacia di-
gna ut excommunicatione, facit c. certa quest. 13.
Host. in sum. de sentent. ex com. n. 6. Non obstat etiam
der Religionisfried / cum hæc causa non concernat
fidem, nec ministerium Religionis Augustanae
confessionis, eiusdemq; exerciti, seu professionis
ceremonias, in quibus casibus iurisdictionem Ec-
clesiasticam suspensam esse non diffiteor, sed con-
cernat bona, casus, & iura ecclesiastica spectantia
ad Capellaniam quandam, quo casu dubium non
est officiale, ut ordinarium Ecclesiasticum, suam
iurisdictionem exercere posse, per supra d. iura.
quæ iurisdictione in tali casu per Religionisfrieden
Ecclesiasticis contra quoscunque etiam Augusta-
nae confessionis homines expresse referuata, ne-
dum suspensa est iuxta Reces. imp. Anno. 55. §. Damit
auch/ibi, aber in andern Sachen vnd Fällen/ cum
limitatio & dispositio illius §. intum, vel maxime
illos concernat, ut limitatio & exceptio sit de re-
gula: Ventilata fuit hæc quæstio in causa Weis
contra Binsheim: cum vero dispartia immo omnino
contraria essent vota, tandem tota hæc contro-
uersia sopia est Meuse Julio, An. 75. &c.

Si vero competens fuit, videndum, an rite pro-
cesserit, paria enim sunt, extra iudicialeiter, & nul-
liter procedere. † Agia d. cas. 5. in prin. Nullæ enim
sententiae, ut in simili ex mente Nauar. in manual.
de cens. eccl. ca. 27. supra examinat. breui Pauli. V. Doctor
Theolog. inquit: Sono come vina lexitura formata
nelli aqua, ò nel' ar a, cioè senza sostegno, & senza
materia &c. h. est, sicut scriptura aquæ, vel aeri in-
sculpta, hoc est sine substantia & materia, quibus
accedit quod nulla dicatur iniustitia maior, quam
nullitas, ut post Vantum notauit Personalis de in-
silio & tortura qu. 17. n. 17. quæ quæstio hic optime
integra quadrat. Et ideo secularis talem senten-
tiam non tenetur exequi Iom. Andr. in cap. 1. n. 18.
ante finem, col. 5. in prin. versic. dicens contraria loqui,
& ibi etiam Bellam. num. 4. post med. vers. dicit Ligna-
num, & num. 6. ad finem, vers. solutio, &c. Card. Zabar.
col. 4. in s. versic. ad contrarias. Anch. n. 7. ver. & con-
traria loquuntur, de offi. ordin. Idem Anchara. consil.
382. init. retento ordine dubiorum, nu. 8. Felin. in cap.
cum sit, nu. 8. de foro comp. Affl. & dec. 220. numer. 9.
Vtil. in addit. ad eundem Affl. dec. 24. num. 14. Vbi
alios refert Natta d. cons. 529. nu. 6. Rolan. consil. 37.
num. 8. ibi. 1. Farinac. d. loc. num. 93. Idem post dictos
& Marantam notauit pulchri Jacob. Beretti. cons.
3. n. 7. Gail. obseruat. 15. n. 4.

Ratio est, quia † exceptio nullitatis impedit
sententia executionem, ut communiter tenent
Doctores ad l. 4. §. condemnatum ff. de iure iudic. & c.
cum in iure. post Innoc. de offic. delegat. & in l. à diu Pio.
§. ff. super rebus ff. de re iudic.

Atque ad hoc allegat quam plures concordan-
tias Alex. in dict. §. condemnatum, in 2. colum. Et quod
sententia nulla, non est appellanda sententia, ne-
que parit effectus sententia, dict. §. condemnatum,

vnde sicut iuris caret effectu, sic & auctoritate, &
nomine rei iudicata carere debet, nec nomen
sententiae meretur habere, Clement. Pastoralis §. 7.
igitur cod. tit. & licet executor non possit cogno-
scere de iustitia, vel iniustitia sententiae, potest ta-
men de nullitate, vt glos. in cap. Pastoralis. §. quia ve-
ro. de offic. delegat quam ad id notat Iml. ibid. num. 4.
& Panormitan. col. 2. cum communis hoc tenet, &
ab omnibus esse receptum testatur Felin. in cap. de
catero. col. 1. de re iudic. dē in l. ab execut. C. quor. appell. nō
recip. vbi dicitur, quod executor sententiae potest
cognoscere de exceptione nullitatis sententiae op-
portuna coram eo:

Idem erit iudicium, † si opponatur, quod sen-
tentia fuit lata prætextu falsi instrumenti, vel præ-
textu falsorum testimoni, vt in l. si prator. §. 1. ff. de iudi-
citu, & habetur in cap. super litteris de rescript. Quod
intelligendum est eo modo quo exponit Bartol. in l. à diu Pio. in princip. ff. de re iudicat. scilicet, quod
si executor sententiae sit iudex ordinarius, qui in
aliis causis dicitur mixtus exequitor, iste potest de
istis nullitatibus allegatis cognoscere, non ut pro-
nuntiet, sententiam exequendam non esse, sed ut
supercedeat in executione, & remittat ad iudicem
primum ordinarium, qui protulit sententiam, per
text. ibi. & in l. si prator. in princip. & in §. Mariellus
ff. de iudic. & hoc tenet Innocentius & alii in cap. de
catero de re iudicata.

Si vero esset merus executor sententiae latæ,
iste nullam habet causæ cognitionem, neque te-
netur admittere dictas exceptiones nullitatis
contra sententiam latam. Et sic loquitur dict. l. 4. b
executione, & sic voluit Baldus in l. et si non cognitio,
C. si contra ius, vel vtil. pub. & Cardinal. Florentin. in
cap. pastoralis. §. quia vero de offic. delegat. & in Clemen.
1. §. penitimo. in §. quest. de foro compet. & Innocent.
in cap. cum olim de privilegio. & Angelus, in leg. si re
proponu. C. de execut. rei indic. Agia dict. loc. cas. 1. Gail.
dict. loc. num. 4. & 5. Et hæc in Camera in considera-
tione habita in causa Braunschweig contra Epis-
copum Hildesheim. vbi cum Papa legitimi-
tum tramitem dandi executoriales cum censuris
ecclesiasticis omisisset, & per duo brevia Cæsa-
rem ad executionem exhortaretur, nullitas taxa-
ta est. Illa tamen, quæ de nullitate dicta sunt, tum
demum procedunt, si per opponentem, vel ex-
cusantem incontinenti fuerit probata nullitas a-
lia male faceret iudex si superfederet in execu-
tione, sub hoc prætextu Farinac. d. l. nu. 93. & id ipsum
Gail. sic efficit dict. loc. nu. 4. De qua nullitate iudex
secularis, antequam ad pœnam procedat, pri-
mum cognoscere debet, ut preclarè docet Panor.
in dict. cap. 1. de offic. iudic. ordin. num. 10. cum sequent.,
quem ad hoc omnino vide Oldrad. Affl. & Natta.
Roland. & Marant. similiter in locis allegatis. Ita
obseruatum in causa Einfirn contra Nordlingen/
3. Decemb. An. 65. vbi pœna executorium ban-
nii erat, & exceptiones litis pendentiae & nullita-
tis, ad probandum admisæ fuerunt, nam si sen-
tentia sit nulla, idque exactis appareat iudex secu-
laris nullo modo brachium vel auxilium suum iu-
dici ecclesiastico impartiri debet, ne Pontifici
quidem per text. in cap. si quando de rescript. vbi tex-
tus inquit, patienter sustinebitur, si non feceris
quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum,
quemadmodum regulariter executor potest ad-
mitte-

mittere exceptiones nullitatis, & comperta nullitate executionem suspendere, ut notaui supra, d. Obser. 113. Natta. d. consil. 529. numer. 3. & numer. 6. Anton. de Butt. in dict. c. I. num. 24. de offic. iud. ordin. vbi dicit, brachium secularis contra sententiam ecclesiasticam non posse admittere alias exceptiones, nisi eas, quas quilibet executor admittere potest, de quibus in d. c. de cetero, de re iudic. refert Natta d. consil. 529. n. 6.

Si nullitas nulla adsit, & illud attendendum, an sententia cuius ratione brachium imploratur, 23 transierit † in rem iudicatam: Inuocatio enim brachii secularis non habet locum, nisi sententia Ecclesiastica lata transferit in rem iudicatam, et iam si reus, contra quem mandatum poenale petitur sit excommunicatus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus, Autor dubiorum Cameræ, in verbo. Brachium, post Oldrad. consil. 89.

24 Vel an ab ea sit appellatum, Nam † si ab ea sit appellatum, iudex secularis non tenetur iudici ecclesiastico impartiri suum brachium, pro executione sententiaz, à qua fuit appellatum. Oldrad. late consil. 89. init. Episcopus inuocat, n. 1. & seqq. relatis, & probatis ibi per eum contrariis, quod idem tenet loan. Andr. in cap. I. num. 18. de offic. ordin. Vbi pariter bene comprobatur & respondet contrariis, & Iohann. Andr. sic dicente, ibidem referendo, sequuti sunt Bellarum. num. 7. in 2. quest. Anton. de Butt. num. 24. ad finem, versic. & per predi- dia. Zabar. colum. 4. ad med. vers. 11. quarto. Anchatan. num. 7. versic. & predicta faciunt. Abb. num. 12. ad finem, vers. & per hoc deciditur alia questio, & numer. 13. Anan. num. 4. Franc. Marc. decis. 269. num. 1. part. I. Diaz. in pract. crimin. can. 144. secundum vitimam imprecisionem num. 3. vers. & hoc præcipue. Roland. consil. 37. num. 10. & seqq. lib. I. Vbi alii relatis testatur, ita alias fuisse decisum in consilio status Moniferrati, contra agentes pro Episcopo Albae. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 360. in fin. Fatinac. dict. loc. num. 95. Idemque sic expressit Agia, cas. 6. Secularis index sciens fuisse appellatum à sententia iudicis ecclesiastici, & appellationem non esse per eum admissam, quæ debebat admitti, juxta notata in cap. sape de appellat. non tenetur, nec debet suum auxilium impartiri iudici ecclesiastico, neque requiritur quod sententia sit iniusta, secundum acta, ad hoc vt reus possit de ea appellare, sed sufficit quod credatur esse iniusta, & peragenda de nouo, possit monstrari esse talem. cap. Regum. 23. q. 5. fallit tamen, si sententia lata per iudicem ecclesiasticum esset declaratoria excommunicationis ipso iure, puta, quia iniecit manus violentias in clericum: tunc enim iudex secularis deberet statu literis Episcopi, per notata in c. post cessionem de probation. Quod intelligendum est, quoad effectum, hoc est, quod non obstante appellatione potest Episcopus denuntiare ipsum excommunicatum, ut evictetur ab aliis, post Ursul. ad Afflict. decis. 24. num. 16. Grævæus conclus. 115. num. 21. Quod maxime locum habet, si appellatio est missa ex causa probabili. Oldrad. consil. 89. Stephanus Aufretius, in tract. de potestat. secular. reg. 4. num. 32. tom. 5. tract. fol. 436. dicendo, quod si Episcopus inuocet brachium secularis, contra clericum suum, qui tamen ab eo ex probabilibus causis ad fedem apostolicam appellavit, princeps vel

iudex secularis, non debet eum iuuare, quia eidem Episcopo postquam est appellatum ab eo, subditus potest resistere. l. prohibitum C. de iure fisci. lib. 10. & procedendo, appellatione pendente, videtur † saperiori iniuriam facere. ca. nomen. I. qu. I. 25 & l. quoniam indices. C. de appellat. vbi dicitur, quod officialis non resistens pertinaciter iudici non recipienti appellationem, punitur 30. pondo austi, ex qua lege potest sustineri, secundum Stephan. vbi supr. quod iudex temporalis possit impedire executionem sententiaz, praesertim irretractabili, à qua fuit ad sedem apostolicam appellatum, donec relevandi tempus steterit, quod sape numero fieri vidit Aules cap. 20. Pratorum num. 25. Idque etiam in interlocutoria locum haber. Agia dict. loc. cas. 4. prædicta tamen procedunt in casibus in quo appellatione sit de iure valida, & illi deferendum: † secus si inualida, & non admittenda, utputa, si causa ipsa expressa esset falsa. Nauar. in c. cum contingat, in I. remed. num. 5. in princip. & nu. 7. vers. 4. respondeo. & cap. I. de rescript. Sigismund. Scacc. de iudic. causa. civil. & crim. lib. I. c. 63. num. 7. vers. si vero delictum est mixtum, in fin. ad quæ etiam vide Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. d. ca. 154. num. 18. vbi bene declarat Fatinac. dict. loc. num. 95. Agia dict. cas. 4. post Menoch. alleg. loc. num. 3. Grævæus dict. loc. num. 12. qui id de evidenti obstaculo accipit: in quibus casibus & Dd. loquuntur, quod ego intelligo de tali, quod faciat locum remissioni ad iudicem priorem pro executione.

Quia autem in appellatione non solum nullitas, sed etiam iniuntas consideratur, & illud monendum est, † iniquam & iniustam sententiam 27 non esse exequandam. Oldrad. consil. 89. nu. 4. vbi dicit quod debeat aliqualiter examinare, an talis sententia sit iusta, vel iniusta, & hoc dicit se credere verius. Bald. in cap. I. nu. 16. in prim. de offic. ordinari. & ibi etiam Anchatan. num. 4. & Anan. num. 4. Marant. in sua disput. I. n. 26. in fine versic. hoc præsupposito. Roland. consil. 37. num. 7. lib. I. allegans ad idem Anchatan. in consil. 382. n. 8. colum. 2. & Feder. de Sen. consil. 251. col. fin. & Roland. refert, & sequitur Men. in 3. remed. retinen. poss. num. 360. versi. debet etiam iudex laicus animaduertere, & latius ultra omnes prædictos. Natta consil. 529. lib. 3. per totum. vbi amplius credit super hoc audiendam, & citandam esse partem condemnatam. Farinc. d. loc. n. 88. Gail. dict. loc. n. 5. Aliuar. Valase. consult. 48. n. 13. qui ponderat, l. non tantum. ff. de appellat. melius facit tex. in d. c. fin. de excip. li. 6. vbi disponitur, non teneri iudicem vi- nius fori exequi sententiam alterius fori, quando imminent periculum animæ, & ibi ad hoc not. Do. Franciscus, & omnes, & Vanquelius in ult. conclus. licet alias regulariter, secus sit vt ibi. Grævæus dict. loc. num. 6. Rationem eius assignat Michael. Agia cas. 2. † quia iniusto mandato iudicis ecclesiastici 28 non est parendum. can. qui resistit. I. q. 3. & cano. Iulianus. & can. si sis qui praef. ead. q. 3. Pro quo facit cap. de cetero I. q. 5. cum sequent. & tex. in d. c. I. de offic. ordin. Nec contra iura obediendum est iudici ecclesiastico, vt notatur in c. si quando. de rescript. & quæ contra ius sunt, debent haberi pro infectis leg. non dubium. Cod. de legibus. paria siquidem sunt non esse, vel esse nulliter: sicut enim leges † iniusta non sunt dicenda leges, neque obligant in conscientia, teste Augustino. libro primo de arbitri. cap. 5.

cap. 5. similiter sententia iniusta ex natura rei, non est sententia, neque obligat in conscientia: Quod non sit sententia docet in primis Thomas 2. 2. quest. 70. art. 4. vbi assertum iudicium iniustum, non esse iudicium. Idem docent Caetanus, vbi supra, Thomas, opus. 72. q. 13. ad 2. & Scoto lib. 3. de iustitia. & iure q. 4. artic. 5. & in 4. distinct. 22. q. 1. artic. 3. con-
clus. 4. Ratio huius rei est, quia cum iustitia respiciat medium rei, telle Aristot. 2. Ethicor. cap. 6. & eodem Thom. 2. 2 q. 58. artic. 10. illa sententia, quae est contra medium rei, erit iniusta. Quod autem non obligat in conscientia, patet ex eodem Thomas 2. 2. quæst. 60. art. 1. & probatur, quia sententia iudicis, sive iudicium, eatenus obligat in conscientia, quatenus habet iudicii rationem, hoc est, quatenus est determinatio iuris, ac dissimilitudo iusti, (in hoc enim consistit ratio iudicii) Iudicium autem iniustum non est iuris determinatio, nec dissimilitudo iusti, igitur non obligat in conscientia. Neque ab hac Theologorum sententia abhorrent Iurisprudentiae sapientes, qui in c. plerique de immunitate Ecclesiæ, illam acerrime tuentur, licet alio atque alio fundamento innixi: Iurisperiti enim, cum potissimum respiciant forum exteriū, eam tantum sententiam iudicant iniustum, & etiam nullam, quæ manifestum & intolerabilem continet errorum. Theologi vero, cum potissimum atendant forum interius, omnem illam sententiam prouersus iudicant nullam, quæ aduersatur iustitia à parte rei. Hinc Aules in cap. 20. prætorum n. u. 19. expresse hanc assignat, quia non debet esse executor ad malum contra conscientiam. facit l. non tantum ff. de appell. & idem tenet Cardi. in Clem. pastoralis. §. deniq. in fin. de re iudic. vbi ait, quod brachium seculare non debet quis impetrare, quando constaret quem fuisse iniuste condemnatum, & tunc non remittere, alias ædificaret ad gehennam, tanquam faciens contra conscientiam, ut in cl. literas dñe. spoliat. allegando Inno. in d. c. 1. de offi. ordi. quia in bono tantum debet suum auxilium impendere, ut Innoc. ibi. &c. Vnde & in simili ini quam & absurdam legem non mereri legis non men † notauit Iacobus Omphalius de usurpat. legum. lib. 6. c. 15. vbi integre tractat leges humanae conscientias nostras obstringere, nil sint iniusta, & multa exempla iniquatum legum & quæ conscientias non stringunt, allegat. Addi possunt & aliæ rationes, notatae à Ioan. Gersone, in examinat. assertionis. sententia pastoris etiam iniusta, timenda est &c. vbi, ex sententia Girolani, in epist. Pauli ad Philemon. fundata in Esaiæ c. 5. quod tibi abominandum sit coram Deo, si quis sententiam iniustum dicat, multis ostendit: iniusta sententia, etiam supræmi, non obtemperandum. Idemq; notatum pulchre à doctore Theolog. in examinatione super Breu. Pauli V. contr. dom. Venetos propos. 8. Et hæc adeo vera sunt, ut etiam ex tam iniqua causa, liceat resistere Pontifici, quod tribus decisionibus defunctis † ex articulis, in concilio ecclesie Gallicane congregato, mense Septembri Anno 1510. in ciuitate Turonensi demonstrari potest videatur concl. 6. Si quod ius talis Pontifex, ad le pertinere contendat, ut patrimonii S. Ecclesie Romanae partem: contra Princeps imperii, id iuri sui esse dicat, & de ea controvèrsia paratus sit, & offerat ita arbitrio, vel iudicio bonorum vi-

rorum, per compromissum, prout de iure: an eo casu liceat Pontifici, absque alia cause cognitione, bellum inferre dicto principi: & si fecerit, an liceat principi armis resistere, & aliis etiam principibus, in huicmodi dissidio eiadesse, eumque defendere, maxime illis, qui ei cognitione vel affinitate coniuncti sunt, cum etiam per centum annos proximos Ecclesia Romana in eius iuris controversi possessione non fuerit, conclusum est per concilium, licet Principi hoc casu resistere de facto, & aliis eiadesse, in iure suo tuendo. Et conclus. V. II. Quid si Papa nolit acceptare, quod Princeps iuridice, & honeste offert, sed contra, non observato iuris ordine, contra talem principem pronunciet sententiam aliquam, an ei obtemperandum sit? maxime cum non est integrum, ac tutum, tali principi ad se dem Romanam ire, vel mittere, & ius suum, via iuris civilis, & rationibus defendere? Conclusum est per concilium, non teneri talem principem patere talis sententia. Ac subsequenti conclus. V. II. Si Pontifex iniuste, ordine iuris non seruato, procedens, de facto & manu armata pronunciet, ac publicet aliquas censuras contra principes sibi resistentes, eorumque subditos & confederatos, an eis patendum sit, & quod remedium adhibendum? Conclusum est unanimiter per concilium, talem sententiam nullam esse, nec de iure, vel alio quoque modo ligare. Hæc refert Ioan. du Tillet, Prothonotarius, & secretarius Regis Christian. en le Memoire, & avis faict l. ann. 1551. sur les libertes de l'Église Gallicane.

Et eius rei, quo rectius illa assequatur, exemplum ex Respons. 9. lib. 3. respons. Lud. Carondæ annotare liber, dicit iudicem secularem saltem cognitionem habentem, non posse ad detentionem corporis procedere, sed debet requirete brachium ecclæsticum, potest tamen decernere clericum capiendum, nec ab illo decreto posse appellari, & sic iudicatum 8. Martii 1603. hoc tamen dicit ita accipendum, si iuste interpositum, alias recipitur appellatio, & ita iudicatum 24. April. 1563. Et licet hæc sint verissima, tamen † contraria opinionem multi tutati sunt, Innocent. in cap. 1. num. 2. vers. item si nosceret, de officiis ordinis. & Innocent. sic dicentem, referendo, lecuti sunt ibi lo. And. n. 9. in verbo, ad preiudicandum, iunctio n. 10. vers. & intelligit hoc Innocentius. Bellam. num. 4. in 4. opposit. colum. 3. in fin. vers. aut cum cause cognitione. Ant. de Butt. num. 24. colum. 4. in princ. vers. puto quod secularis. Imol. n. 16. vers. demum finaliter. Vbi testatur de veriori opinione. Imol. num. 16. ad finem vers. si super causa civili. Zabar. col. 4. in princip. vers. sed si in iudicio damnatum. Ancharan. num. 6. vers. si autem condemnatum in iudicio. Vbi declarat id, quod supra in contrarium adnotauerat, num. 4. Abb. num. 11. vers. sed si petit. & n. 12. vers. sed si non traditur. Angel. cons. 276. in ap. punctus est iatu. num. 4. vbi tamen loquitur de iniustitia occulta. Nauarr. in cap. cum contingat in 2. remed. nu. 6. & num. 7. vers. 3. respondere. & num. 8. extra de re script. vbi testatur dictum Innocent. in dict. cap. 1. t. he communiter receptum, prout & communiter receptum esse, per Canonitas in dict. cap. 1. ex præallegatis negati non potest, nec dissentire videtur. Ignat. Lopez in addit. ad Diacon. in pract. criminal. canon. cap. 154. num.

num. 12. verſic. sed verius eſt. Farinac. queſt. 97. nu. 87.
 33 Qui num. 89. ſeſdere diſtinctionis † controuerſi-
 atu hanc ita componit, quod quando ſententia iu-
 dicis Eccleſiaſtici eſſet notorie iniuſta, tunc, cum
 talis iniuſtitia nullitatē ſequatur: ideo ſicut ſe-
 cularis iudex non tenetur exequi ſententiam nul-
 lam iudicis Eccleſiaſtici, ſecundum opinionem
 eorum, quos tetuli in tra, num. 92. Ita etiam ne te-
 nebitur exequi ſententiam notorie iniuſtam (quic-
 quid ſecus ferent in ſententia non notorie iniuſta)
 Doctores allegati, in preceſ. num. 88. Ang. confil.
 276. incip. Punctus eſt talis, num. 4. Imol. in cap. 1. nu.
 17. verſic. ſed hoc intellige. & ibi etiam Cardin. Zabar.
 vol. 4. in princip. verſ. ſed & ſecundum ea, quae dico. Guid.
 Pap. num. 9. in fin. extra de offic. ordin. Ancharan. dict.
 confil. 382. num. 8. & 9. alioſq; refert Ignat. Lopez.
 ad Diaz. d. cap. 154. num. 12. in princip. Natta. d. confil.
 529. in diſcurſu. Et pro hac limitatione faciunt Do-
 ctors. allegati ſupr. n. 87. volentes, iudicem ſecula-
 rem non debere exequi ſententiam iudicis Eccleſiaſtici
 occulte iniuſtam. Ergo multo magis hoc
 voluſe dicendum eſt, ſi fuerit notorie iniuſta.
 Verum ad præmissam limitationem aduerte, pro-
 ut bene aduertit idem Ignat. Lopez. d. cap. 154. nu.
 12. Quod ſi verum eſt, prout ſecundum verita-
 tem communiter receptum testatur isto caſu, iu-
 dicem Eccleſiaſticum, qui ſententiam protulit
 non teneri iudici executori acta, ex quib; ſen-
 tentiā dixit, exhibere & patefacere, non potest
 idem ſecularis iudex dicere ſententiam eſſe noto-
 rie iniquam, quamvis illius iniquitatem, aut extra
 processum ex particulari scientia, nouerit, aut et-
 iam ipſum processum non tanquam publica
 perſona, ſed tanquam priuata perlegerit, prout etiam
 in ſimili dictum fuit, in fr. nu. 107. Addo ego quod
 in omnem euentum melius isto caſu faciet iudex
 34 Eccleſiaſticus, † ſe abſtinere ab iſta cognitione
 prætentor notorie iniquitatis, & iniuſtitie ſen-
 tientiae latet per Eccleſiaſticum iudicem: cum ſen-
 tentia nunquam dicitur notorie iniuſta, quando ſu-
 per ea aliquod oritur dubium: ſed ad effectum, vt
 notorie iniuſta dicitur, neceſſe eſt, vt talis afferta
 iniuſtitia nullam offuſcationem, ſeu diſputatio-
 nem habeat, ad tradit. per Franchum in cap. dilecto,
 num. 153. ad finem, verſ. & intellige, & n. 168. in fine ex-
 tra de appellaſ. Dec. in cap. ex parte, il. 2. verſic. Quinto
 fallit. de offic. de leg. Corn. confil. 10. colum. 2. verſ. & ſi
 forte ali. lib. 4. Capic. decif. 10. num. 19. & ſeqq. Boff. in
 tit. de carcerat. fidei uſſ. commit. num. 17. Cephal. confil.
 201. nu. 10. Rota coram Robuſterio decif. 85. nu. 4.
 inter diuers. part. I. Mascard. de probat. conclus. 110. 2.
 num. 27. & 28. Afflīct. fretus Vrſil. in addit. Neapol.
 decif. 24. n. 14. 15. & decisione 220. ſub num. 10. Affli-
 ctum etiam ita, in ſ. confil. Neapolit. nu. 55. ſen-
 tientem induxit Ioan. Pet. Surdus confil. 405. ſub nu. 19.
 Vbi etiam ſcīte firmat, quod ſententia executio
 per nullitatē exceptionem non impediatur, niſi
 nullitas eſſet euidentis & notoria, & numero 18.
 ſubdit ex Rot. Roman. & Contardo, in l. v. limi-
 tat. 9. nu. 36. C. ſi de moment pos. q; alleganti notori-
 am iniquitatem, vel iniuſtitiam ſententiae incum-
 bat probatio veriusque, nimis ſententiam eſſe
 iniquam, & quod iniquitas ſit euidentis. Addo Ber-
 mond. de publ. concubin. fol. 300. n. 3 & 4. Beret. con-
 fil. 4. num. 7. & 74. Caualcen. p. 4. de brachio regia nu.
 260. qui ſic ſubiungit: ſed quando eſt iuſta vel de

iniuſtitia euidenter non appetet, tunc tenetur ex-
 equi, & cogi potest per censuras Eccleſiaſticas
 (non ſubſtente aliqua legitima cauſa non exe-
 quendi) Arch. in c. 1. de ſtatū regula. in 6. & in dubio
 tenetur exequi Boer. ſingul. in verbo. executio. num. 6.
 & 9. Iaf. in d. l. à diuo Pio. ſ. ſententiam Roma. de re iud.
 Aſin. in ſua practica ſ. 1. cap. 17. Clar. queſt. 54. verſ.
 ſed pene, & queſt. 96. verſ. item quero nunquid. Boff. de
 ſentent. n. 114. & 115. Purpur. conf. 537. vo. 2. Henric.
 Boich. in c. ſignificasti. de offi. deleg. &c.

Et quæ de inquirate dicta † ſunt, adeo vera 35
 perhibentur, vt etiamſi à parte nihil opponatur,
 adhuc tamen ab executione deſiſtere laicus de-
 beat Ioan. P. Surdus confil. 379. num. 32. Graueus.
 d. loc. num. 8.

Excusationem quoque p̄t stat, † ſi reuocata 36
 imploratio: quod ſequentibus verbis notat Ca-
 ualcan. de brach. reg. part. 4. num. 267. Si iudex tem-
 poralis fuerit in ſubſidium requiſitus ab Eccleſiaſticō
 iudice, vt ſuam ſententiam exequatur, & in
 rem, vel in personam executionem confeſſit, ſine
 cauſæ cognitione, & executio facta non fuit, vt
 quia illam reuocauit, vel debitor latitabat, tunc
 non tenetur iudex tanquam ordinum contrauē-
 tor, ex Rui. conf. 49. n. 6. vol. 5. Put. dict. cap. an. ſ. ſent.
 ver. tamen aliud eſt pronunciare exequendum, a-
 liud exequi, & ad hæc vide in tra in 5. part. in mate-
 ria syndicatus.

Item quando † ſecularis habet ſententiam cer- 37
 tam pro condemnedo, tunc enim non debet bra-
 chium concedere, per cap. qui ſcandalizauerit de Re-
 gul. iuri. Alciat. in c. 1. n. 110. de offic. ordin.

Et hæc de p̄cipuis exceptionibus dixiſſe ſuffi-
 ciant. Ne autem lector, occurrentibus aliis, an-
 ceptis hæreat, & quo ſe vertere debeat ignoret, ob-
 ſeruabit doctrinam. Antonii de Butrio in cap. 1.
 num. 24. de officio iudicis ordinarii. vbi dicit, brachium
 ſeculare contra ſententiam Eccleſiaſticam non
 poſſe admittere alias exceptiones, † niſi eas, quas 38
 quilibet executor admittere poſt, de quibus in
 c. de cato. de re iud. refert Natta d. confil. 529. num. 6.
 Sequitur Gail. lib. 1. obſeruat. it. 5. num. 6. Quæ autem
 ſint illæ exceptiones, explicat Imola, dicens, quod
 vbi lata eſt in ciuili ſententia iudex ſecularis, vel a-
 lius, ſi obiciatur aliquid contra ſententiam, non
 poſterit de hoc cognoscere, vt poſſit ſub tali obie-
 cione pronunciare, ſed bene poſſet ſe informa-
 re, vt referat illi qui ſententia uit, ſi forte obiciatur
 exceptio, quæ ſui natura conſueuit impedire ex-
 ecutionem, de quo ſe remittit ad notat, in dict. cap.
 pastoralia. &c per Bartol. in l. à diuo Pio. in princip. ſ. de
 re iudic. Idem dicit Oldrad. confil. 89. Epifcopus inuo-
 cat. Natta. confil. 129. n. 3.

C A P V T XII.

De modo procedendi, tam à iudice pe-
 tente brachium, quam eo, contra
 quem petitur.

S Y M M A R I A:

- 1 Iudex cuius auxilium imploratur, cauſa cognita pro-
cedit.
- 2 Brachium an inuocari non poſit, niſi omnibus aliis
remedis, priuus adhibiti. & n. 3.

48 Cap. XII. Demodo proced. tam à Jud.

- 4 Index cuius brachium imploratur, requiri debet, per literas publicas. & n. 8.
- 5 Officium iudex non imploratus non impartitur.
- 6 Parva sunt, non esse, & non apparere.
- 7 Mutanda non sunt, que certam interpretationem habent.
- 8 Imperator non ita ut alii compellitur ab ecclesia faciat.
- 10 Post brachii implorationem quomodo procedendum in ipso executionis adiutorio.
- 11 Pares consilii contra non obedientes requirenti.
- 12 Repressaria quando hic locum habeant.
- 13 Citatione opus esse docetur, & exemplis demonstratur. Et ad quid ea decernatur. n. 14.
- 15 Acta edenda per iudicem potenter, iudici a quo petitur executio. Contrarium n. 17.
- 16 Ecclesiastici quomodo sepe errant in iudicando exemplo demonstratur.
- 18 Acta in crimen heresos an edenda. & 21. 24.
- 19 Semel pronuntiatum non debet resuscitari.
- 20 Acta an uterque iudex edere debeat, an sit differentia inter eos. Differentia Canonist. refutatur. numer. 21.
- 22 Clerici confessio coram laico, quid valeat.
- 23 Acta cum petuntur, an inter causas distinguendum. & numer. 25.
- 26 Quoad acta transmittenda distinguitur, an reus remittatur condemnatus, vel condemnandus, & eius reparationes. n. 27, 28, 29.
- 30 Acta, cum de facto dubitatur exhibenda.
- 31 Ecclesiasticus an seculari genus pena iniungere debet.
- 32 Causa criminis cito exequenda.
- 33 In executione hac quam formam iudex seruare debet.
- 34 De famulis iudicium exequentium & eorum excessibus. num. 46. 47.
- 35 Executione semelfacta non reiteranda.

Exprecedentibus satis superque constat quæ iudex obteruare debeat, antequam sententiam promulget, quæ & hic necessario repetenda sunt, tanquam antecedentia ipsam inuocationem, & sine quibus iudex legitime, ac bona conscientia non potest brachium implorare. Superest nunc, vt, quia vulgo traditur: quod iudex & secularis, ante concessionem dicti brachii secularis, debeat adhibere aliquam causæ cognitionem, an iustum sit quod petitur ab eo per delegatum. Ancharan. in consil. 382. col. 2. Fed. de Senis in d. consil. 251. col. fin. vbi concludit; quod si iudex secularis inuocatur præcedente sententia nulla, non debet concedere suum brachium, nisi iuste inuocetur, & summatim hoc debet examinare, per nos. per Innoc. in cap. 1. de sta. monach. in 6. Idem tenuit Oldrad. in d. consil. 89. col. 2. Paul. de Cast. in d. l. episcopale Calcan. in consil. 119. col. 2. pro qua opinione f. c. s. quod notat Felin. in cap. cum fin. 5. volum. de fero compet. & Affl. in decis. 220. nu. 9. Roland. à Valle. consil. 37. num. 1. vol. 1. Ulteriorius nunc inquiramus, quid obseruatis rite prædictis omnibus facere debet, ne repulsam patiatur.

Primo, opinio eorum est, qui putant, tunc debet secundum ecclesiasticum & iudicem posse inuocare brachium secularis ad sue sententiae exequitionem, si prius ipse fecerit, quicquid potuit, & non ha-

beat vitra, quid faciat, alias secus. Omnia enim iuria loquentia de huiusmodi brachio seculari, habent hanc clausulam, si opus fuerit, si necesse fuerit, ut in ea. 1. & in e. quoniam in si. de offic. ordin. & in e. statuimus de maledic. & in e. si. de excess. prelat. & in e. periculoso, circa finem de statu regulari. Et sic tempore videatur ponere hanc implorationem brachii secularis pro ultimo refugio, per quæ iura hanc limitationem firmat Oldrad. consil. 89. incip. Epist. inuocat brachium seculari, n. 5. quem referendo secutus est Matan. in sua diffusat. 1. num. 26. vers. super hos tamen, dicens insuper, quod si iudex ecclesiasticus aliter faciat, non dicitur seruasse iuris ordinem, & quod propterea cum literis Apostolicis potest simpliciter brachium secularare, conceditur conditionaliter, scilicet, si opus fuerit Francis. Marcus decis. 7. 66. num. 3. part. 1. Vbi facit conclusionem, quod iudex secularis non teneatur impariti brachium suum iudici Ecclesiastico, nisi in tuberculatum, quando scilicet idem iudex Ecclesiasticus aliter non potest exequi suam sententiam, secundum Bald. & Paul. de Cast. in locis ibi per eum relatis, & ibi etiam declarat, quomodo dicta conclusio procedat. Affl. & in consil. regni in prox. oem. num. 5. 4. Vbi testatur de communis, prout illum refert Ignatius Lopez. in addi. ad Diacon. in pract. crimin. canon. c. 154. num. 13. in fin. Hier. Giacch. in addit. ad Clar. in pract. §. si. quest. 37. vers. penult. litera c. Roland. consil. 37. num. 5. & seq. lib. 1. Vbi eandem limitationem comprobatur, & ex ea infert, quod non possit iudex ecclesiasticus delegata brachium secularis inuocare, nisi prius etiam requisierit alios ordinarios ecclesiasticos, vt suum impariarent auxilium, & illud fuerit detectum insufficiens, ac ibi etiam testatur de communis Ioan. Lup. in e. per vestras in 2. notab. §. sed pulchra dubitatione nu. 17. de donat. inter vir. & vir. Vbi ex hac eadem limitatione infert, indicem ecclesiasticum, antequam secularis brachium inuocetur, debere prius contra laicos procedere, excommunicando, & deinde anathematizando: & postea cum ecclesia non habeat vitra, quid faciat, tunc poterit secularis auxilium implorare, aliter secus, quod & idem affirmarunt. Innoc. lo. And. D. French. Bero. & Conar. Quorum aliqui testantur de communis, in locis relatis per Iguat. Lopez. Et hanc opinionem post Nattam consil. 529. nu. 39. vol. 3. & alios, ex parte iam citatos, sequitur Gail. lib. 1. obseru. 115. nu. 3. Fulvius Pacian multis textibus & Dd. autoritatibus corroborat consil. 164. n. 33. & 34. glos Landrecht/tit. 1. lit. dict. libr. 1. Ioan. Wam. consil. 5. 6. numer. 23. Tom. 1. vbi exemplum proponit iudicis, qui ab arresto incipiens inploravit brachium, & Bald. in l. 1. C. de in qui latron. occulta. per illum textum, notat ibi, & probat text. in cap. 2. verb. Si necesse fuerit, de maledic. & hoc tenent communiter Dectores, atque in hoc sensu (ni fallor) intelliguntur illa iura, quæ dicunt, quod Princeps secularis tencatur præstare auxilium, seu brachium suum, ad requisitionem ecclesiastici magistratus, pro execuzione sue sententia, ut in cap. cum ad verum. distinct. 96. & cap. quoniam de offic. ordin. cap. & Princeps seculari 23. questione 5. & sic intelligitur Innocentius in dist. capit. 1. de offic. ordin. & firmavit Alex. in 4. volum. consil. 130. in sp. in causa Stra. volum. in 1. colum. n. versic. præterea adduco. & Petrus de Ancharan. in regul.

regul. ea qua. in 10. quest. lib. 6. Agia, conclusio. 6. Martin. de Fano in tractat. de brach. secular. num. 22. versic. vnum, &c. & D. Anton. Mass. Galles. in d. lib. in Camer. obligat folio 189. cum non sit alius querendus, vbi executio à seruientibus illi Iudici, qui protulit sententiam, fieri potest, l. i. Cod. de sportul. & ibi Doct. Rebuff. in tractat. de precon. licet. in artic. 10. glo. 1. sciendum. num. 2. versic. & sic hac preconia. Nouissime idem allerit Caualcan. de brach. Regio part. 4. numero 266. post Baldum, Put. Felinum, Berott. Bernon. de public. Concub. in verbis opus fuerit. numero 1. folio 301.

Et hinc, cum Papa in causa Hildebrandi contra Braunschweig/ non omnia remedia quæ siuisset, nullitatis intulatus est processus, in Camer. Imper. alii tamen relati à Farinacio q. 97. n. 98. vers. verum. vt & ipse, aliter hoc accipiunt, statuuntque Iudicem ecclesiasticum posse seculare brachium inuocare, etiam si non fecerit, quicquid potuerit, pro executione sue sententiae. Iura enim præallegata, quibus proposita limitatio fundata est, non dicunt, in subsidium, vel pro ultimo refugio; prout male à Doctoribus interpretantur; sed tantummodo dicunt; cum opus fuerit, vel si necesse fuerit, prout etiam brachii secularis inuocationem esse faciendam, si opus fuerit, statutum est, in concilio Tridentino sess. 24. c. 8. de reformat. Ex quibus nō sequitur; quod illud non possit implorare, nisi quando Ecclesia nihil ultra habet, quod faciat; prout dicunt Doctores prædicti. Sed bene sequitur, quod in quacunque parte litis, & in quocunque tempore, cum opus fuerit, auxilium prædictum implorari possit, debeatque à iudicibus sine retardatione præstari. Et, vt bene in hoc aduertit Ignat. Lopez dict. cap. 154. numero 4. ver. sic. nam vt verius ipse tenet, iuncto numero 5. si aliter diceremus, plura crimina remanerent impunita: Nam interim dum Iudex ante inuocationem brachii secularis, censuris uteretur, cum non statim, sed seruatis seruandis, sint proferendæ, facilimè reus posset bona occultare, aut fugere, indeq; alia deinde innumerabilia sequerentur mala. Et propterea hanc contrariam sententiam, & veriorem, & in iudiciis receptam ex Ioanne Segura, in loco per eum relato, testatur, illamque optimè comprobat ex decreto Concilii Tridentini. sessio. 25. cap. 3. de reformatione, ponderato, vt ibi, per eum. Et quod attinet ad illationem Rolandi, cum allegatis per eum. & in dict. cons. 37. num. 5. & seq. lib. i. dicentis, non posse iudicem ecclesiasticum delegatum inuocare brachium seculare, nisi prius requisierit alios ordinarios ecclesiasticos, vt suum impartiantur auxilium, illudque insufficiens detectum fuerit, dicunt, quod ea vera non sit, sed opinio contraria, prout multis rationibus eam comprobat Feder. de Senis in cons. 163. colum. 2. dicens posse delegatum Papæ, si velit prius ad ecclesiasticum ordinarium configere, quam ad secularem iudicem; non tamen præcise ad hoc teneri, sequitur Franc. Marcus decisio. 72. num. 4. part. i. Nauarr. in cap. cum contingat. remed. i. num. 4. de rescript. Nec dissentit Ignat. Lopez. d. c. 154. nu. 8. ad finem.

Secundo, cum omnia remedia quæ siuisset, nec iiis quid efficere potuit, dabit literas ad Iudicem, cu- 4 ius † brachium inuocat, easque suo sigillo signa-

bit, alias fidem non faciunt, vt in simili de literis rogator. notat Rebuff. in princip. num. 7. l. si qua per calumniam, in fin. Cod. de Episcop. & cleric. cap. tertio loco. de probat.

Eas autem ita ordinabit, vt sint publicæ. Ol- dradius consil. 124. Iisque eum requiret, quod hic o- pus, per l. i. ff. de requirendis reis. Rebuff. d. loco num. 8. Nam de alieno processu non potest quis se intro- mittere, nisi requisitus: quo casu bene potest; quia tunc resert imaginem iudicis, qui senten- tiam protulit, iuxta Baldum in l. fin. Cod. de edict. dñi Adrian. tell. Quod tamen verum existimatim, nisi vel statuto, vel præscripta consuetudine diuer- sum fuerit introductum, & seruatum. Mynsinger. cent. 3. obseruat. 68. Ac etiam causam requisitionis addet Rebuff. num. 9. de quibus infra. Ex quibus omnibus consequitur, quod sine hisce literis non potest auxilium impetrari, per text. in l. i. ibi. litera ad magistrorum dentur. ff. de seruis fugit l. prima, de requir. reis. §. si quis vero comprehensorum, in authent. vt nullus iudic. collat. 9. text. in l. vna. Cod. de offic. comit. rerum priuatar. & l. properandum, §. fin autem reis. Cod. de iu- dic. quem textum Paulus & Iason dicunt melio- rem iuris: allegauit tamen superius ultra eos me- liores, & clarius experimentes, & si sine literis pro- cederent, esset nullus processus, vel sententiae execucio, secundum eos. Tum primo, † quia offi- cium suum non debet impatrii non petitus, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, † & paria 6 sunt, non esse, vel apparere, l. duo sunt, ff. de testa- mentaria tutel. & sine literis facile non appetit- tum etiam quia consuetudo, & usus sic obtinuit. Cyn. Bald. & alii, in l. cum quedam puella, §. fin. ff. de iu- ric. dom. iud. vbi dicunt, sic fuisse Florentia obti- natum, & sic minime mutata sunt, quæ semper cer- tam interpretationem † habuerunt, l. minime. ff. de leg. Etiam consuetudo est, quod requisitus conce- dat literas, quas vocant, de pareatis, siue annexas, continentes, sibi placere executionem fieri in suo territorio. Rebuff. de liter. rogator. num. 33. in prefat. Schurff. consil. 3. num. 3. cent. 1. Quæ autem præter- ea hic facienda sunt, notat Vestrius in praxi c. vlt. p. 8. num. 20. † Exinde super inuocatione auxilii bra- chii secularis literæ expediuntur, quibus Iudex executionis apostolicus, autoritate apostolica, omnes & singulos Principes sacerdotes, cuiuscun- que dignitatis, & præminentiae, etiam si impe- rialis, existant, veluti executores iustitiæ, monet, & requirit etiam sub excommunicationis, & aliis pœnis, & censuris ecclesiasticis, † (excepto Im- peratore, quem in hoc duntaxat adhortatur) vt, quotiescumque fuerint pro parte victoris requi- siti, contra aduersarium, exequantur, vel in perso- nam, vt ea detineatur, donec omnibus & singu- lis, in sententiis, & literis executorialibus conten- tis, & victori integraliter † satisfecerit; vel in bo- na, seruato tamen ordine, vt prius capiantur mo- bilia, deinde immobilia, & postremo ad nomina & iura perueniatur, l. à diu Pio, §. in vindicatione, §. vtrum, & §. penult. ff. de re iudic. quibus adhortatio- nibus, monitionibus, & iussionibus, si patuerint, vel parere paratos se exhibuerint, viator habebit intentum; si vero recusent, vel cessent; si viator ad Romanam Curiam reuertatur, cum relatio- ne requisitionis sua, procederet Romana Curia contra dominos temporales huiusmodi, † ad de- 10 11

50 Cap. XII. De modo proced. tam à Iud.

clarioriam censuratum, & pœnarum in literis inuocationis auxiliis brachii seculatis cōtentarum, parte volente, & instanti, & Camera Apostolica, reproductis literis inuocationis brachii secularis, ac instrumento requisitionis dominorum temporalium, ad illarum exequitionem, vbi Patribus Cameralis audientia visum fuerit, dominos temporales, sic requisites recutisse, vel saltim cessasse in postulata exequitione, solent victori: utpote in casu denegatæ iustitiae; repræsalias contra subditos illius domini temporalis, & litteras oportunas desuper manu regia, concedere. Quæ repræsalias, quibus casibus, & qualiter concedendæ sint, & à quibus, habes apud Bar. in tract. suo repræsaliarum, ad quem semper poteris, vbi opus erit, recurrere. Et tantum de iudice perente.

Iudex autem, à quo petrum brachium, primo citabit partem aduersam. In inuocatione enim brachii secularis opus esse citatione Partis aduersæ, vt notauit Natta, consil. 529. num. 16. quem sequitur Gail. d. loc. num. 6. & de pace publica, capit. 17. numer. 34. Grævæus conclusion. 115. numer. 34. & notatum in dicta causa Hildebrand contra Braun. schweiz. Citatio autem illa fit ad eum finem, vt opponantur exceptiones: nam hic, vt ex superioribus patet, multa occurruunt, quæ possunt opponi, cuius rei exemplum Camerale extat in selectis sententiis Barthii, Anno 1559 25. Ianuar. liter. F. Doctor Ficharten isti in Sachen J. G. weder Bürgermeister / Rahtmann / vnd Gericht zu M. & Consortes, gebettene Zeit / was sich in puræ inuocationis Brachii secularis, auff Exceptiones, vnd Ableinungsschrift den 22. Novembris, Anno, &c. 56. eyntkommen / zuhanden gebürt / vnd daun die Sigilla den Schriften den 3. Decembris ermelts 56. Jars surbracht / zu recognoscieren, oder diffidire, hemicc endlich zugelassen / vnd angezeigt.

Et confirmant præcedentia notata Bossi titulo de foro competent. numer. 87. quæ hic apposite quadrat: Et ideo inquit in causa brachii secularis, transmissi nuper ab urbe ad Senatum, in quo requiritur execuio trium sententiârum latarum Rome: & in causa ciuili Senatus aliud non potest facere, quam exequi, etiam si esset causa, in qua haberet cognitionem, secus si esset criminalis. Est tamen verum, quod non denegatur Senatu illa cognitione, quæ regulariter datur executori, iuxta notat. in d. l. 1. C. de iuri & fact. ignorant. & ita Imola notat. in d. cap. 1. in versic. allegat. colum. pen. & colum. antepenult. versic. sed bene posset se informare. Et quicquid sit, saltem est citanda pars per requisitum, vt intelligat, an aliqua exceptio, quæ possit impeditre, vel morari executionem, ei competat, imo amplius Paulus de Castro consilio 327. in fin. vult, quod non solum possit circa executionem, sed etiam circa merita sententia, & sic circa nullitatem cognoscere, & monere summaum Pontificem, non autem iudicare, iuxta cap. de cetero, de re iudicat. vbi vide Felinum in colum. 1. & 2. Quod videtur deuiare à dictis Doctor. in d. cap. 1. qui, vt supra dictum est, concludunt in his terminis, quando iudex implorat brachium alterius. Et vide ad prædicta etiam Felinum in cap. cum sit generale, columna 6. versic. limita quinto, de foro com-

petent. & omnino Doctor. in d. l. à diuino Pio, § sententiam. ff. de re iudic. Vnde cum citatio possit fieri, saltem quoad effeatum, de quo supra, non debuit Pontifex irasci contra Senatum nostrum, eo quod à præfato Senatu, petita executione brachii secularis, implorati à iudicibus ecclesiasticis, Senatus ipse iuslerit citari patrem, & adeo iratus fuit, quod tanquam sibi denegata fuerit iustitia, concesserit repræsalias contra mercatores Mediolanenses: & licet facta fuerit ingens instantia, & per ipsos mercatores, & per legatum Cæsarlis, & ostensem clare Pontifici, quod non de-negabatur iustitia, imo fiebat iustitia: & quod Senatus volebat exequi, sed prius intelligere, vt supra, attamen perseverauit in repræsaliis, imo minatut velle alias iterate, pro pleniori satisfac-tione summæ contentæ in sententiis, de quibus in illo brachio seculari: quæ res est miran-da, &c. Quando autem hac citatione opus sit, de-clarat sequentibus verbis Caualcan. de brachio régio part. 4. num. 262. Dicitur cum causæ cognitione, quando processum vidit, vel partem citari fecit, ad allegandum, quare exequi non debeat, secundum Nattam consilio 529. numero 18. volum. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 8. numero 79. Bur-sat. consil. 225. numer. 86. volum. 2. Nec poterit recu-sari suspectus, etiamsi processum non viderit Balb. in suis commun. opin. centur. 4. conclusio 341. & vide num. 4. & quoad citationem, Doctores supra dicti intelligent eam requiri, in casu quo unus iudex sententiat, & alter sit requisitus exequi; ve-rum si iudex requisitus opus non haberet conce-dendi executionem, sed per Iudicem ecclesiasti-cum iam concessa, & licentia ministris tradita, & per eos forte exequi incipita fuisset, tunc non est opus adhibere ullam causæ cognitionem, nec ci-tationem, quia tanquam merus executor censem-tur. Natt. consil. 529. num. 17. quia dicitur quodammodo nudus executor facti, Menoch. de arbitri. quæst. 38. in fin. & imploratur tantummodo auxi-lium familij indicis secularis, & ita intelligendus Carp. super statut. mediol. cap. 158 fol. 219. num. 35. ibi tamen indistincte practicatur; sufficit tantum o-stendere licentiam exequendi: & si iam exequi cœperint, & non fuerint repertæ res, in quibus vel minus sufficienter executio realis fieri potuit, statur relationi publicorum executorum, vt in 2. p. dixi num. 73. 74. 77. & 78. quorum relatio si fa-ceta est penes acta curia Episcopalis, sufficit, si o-stendatur iudici laico, implorato, ad concedendum familiam, pro exequendo residuum in per-sonam, iuxta ea, quæ supra allegui. num. 25. 8. nec est citandus, capturandus, ne ad fugam instrua-tur, Clar. quæst. 28. versic. scias autem, Matthei singul. 86. Natt. d. consil. 229. numero 17. multo minus pos-set condonari de inobseruantia ordinum, aut sta-tutorum, de turbata iurisdictione, si iudex laicus sic capturam concesserit, dummodo debitorem du-catur in carceribus fori laicalis: sed si ante con-cessionem capturæ, ex urbanitate, iussit citari dictum debitorem, qui noluit comparere, sibi im-paret, cap. d. amicum, de regul. iur. in 6. ad hanc vide Oldrad. consil. 89. & Natt. late d. consilio 529. volum. 3. & si iudex laicus, ad requisitionem eius subditi, po-test solo iuramento capturari facere debitorem suscipit de fuga (dummodo intra quatuor dies iustifi-

iustificetur suspicio) potest detentionem, ut per adduct. à Caualc. *decis.* 1. 2. & 3. *in 1. part.* multo plus facere ad requisitionem iudicis spiritualis, qui pariter haberet iurisdictionem spiritualem in loco iudicis temporalis requisiti. *Iacob. Beret. d. consil.* 3. *num. 26.* vel ad instantiam creditorum, mediante licentia exequendi, obtenta à iudice spirituali, &c. *Franc. Marcus decis.* 2. 69. *num. 3.* dicit, quod forte illud posset procedere, quoad capturam persona, quando quis cecidit in profundo malorum; sed quoad concessionem familie iudicis secularis, bene posset fieri, iuxta notat. per Innocent. & Panormitan. *in cap. significasti. de offic.* & potest iudic. deleg. quia in processu executoriali iudicis ecclesiastici, qui dirigitur iudicibus secularibus, inseruntur plures clausulae, quae possunt adaptari ad concessionem familie iudicis secularis, quoad missionem, in possessionem Beneficii, de quo agitur; quia mandatur præstare auxilium, & fauorem.

Ideoque & sic notauit Rebuff. *de literis rogator.* *in princip. num. 22.* Solet tamen Index secularis citare partem, ad opponendum, si quam habet exceptionem in executione. *Bart. in l. à diuino Pio, §. in venditione ff. de re iud.* & *l. prima. ff. Nil nou. appellat. penden.* *Cyn. in l. ab executore.* *C. quor. Appell. non recip.* *Innocent. & alii, in cap. ex ratione de appell.* vide Oldrad. *consil. 89. incip. Episcopus.* Et istud est communne in omni ordinario, sive sit secularis requisitus, sine requirens, sive uterque. *Ægid. Bellamer. in d. §. contrahentes. col. 3. de for. compet. lib. 6.*

15 Secundo, † acta postulabit à Iudice, qui eius implorat auxilium. De quo tamen, quia non conuenit inter omnes, res paulo altius repentina est. Sunt enim qui simpliciter dicunt, in criminalibus Acta iudici esse exhibenda. *Bartol. in l. diuinus. de custod. reorum.* *Viulus in commun. opin. 3. 96.* per tot. adde Ignat. Lopez. *in addit. ad Diaz. in practic. crimin. canon. cap. 154. numero 11.* *Bartol. post Guilielm. de Cun. in l. magistratibus, numero 4. ff. de iurisdictio. omnium iudic.* & ibi etiam Albericus numero 7. *Angel. numero 6.* Vbi hanc opinionem credit veram de iure, licet non sic vigore cuiusdam Extrauagantis ibi per eum relatæ, quod & idem dixit Fulgo. *ibidem numero 5.* *Paul. de Castro numero 4.* *Imol. in cap. 1. numero 16. post med.* Vbi licet Bart. opinionem non sequatur, eam tamen à Legistis communiter receptam testatur Card. Zabar. *ibid. colum. 4. ad med. versicul.* & ex predictis infertur. *Anchar. numero 7.* vbi opinionem Bart. tanquam ultimo loco ibi per eum relatam, sequi videtur. *Igne. in l. 1. §. cum dominus. numero 41. ff. ad Syllan. Iodoc. in practic. crimin. cap. 61. numer. 54. Mamt. singul. 274. incip. crimin. heres.* *Vasquius lib. 1. de success. creat.* §. 6. numero 16. *versicul. denique, &c.* *Farin. d. loc. numero 104.* Nam, vt iudex laicus, antequam brachium ecclesiastico impertiat, de causa primum aliquatenus debeat cognoscere, iusta ne sit, an minus, quæ exequenda a se petitur, post Alexandruin, Grammat. & alios, Cæsar. *Vrsill. in addition. ad Afflict.* *Neopolitan. decision. 24. numer. 16. 17. Afflict. decision. 220. numero 9.* vbi, quod ita sèpius obseruauerit Senatus, Grævæus *conclusion. 115. numero 5.* adde hisce, quæ paulo ante ex Caualcane adduta sunt.

Et hanc sententiam in Camera obseruari, concludendum videtur ex notatis authoris *ad titu. 48. ordin.* sub nomine Magenhorst, vbi hæc verba reperiuntur; Antequam, inquit, mandata decernuntur, oportet, quod prius exhibuerit in consilium priorem processum, & fulminationes. Nam si iusta illa peracta reperiantur, iam primo decernitur mandatum; eius tamen procurator in supplicatione ordine totum processum indicare debet, ne scilicet cancellaria superfluo & nimio labore oneretur: vt decisum in causa Freytag contra N. vide hac de re Oldradi *consil. 89.* & *capit. dilecto. de sententiis excommun. libro 6. &c.* Et notatum in dicta causa Hildesheim. Nec ea videntur carere ratione: quam enim sèpe † à 16 iudicibus ecclesiasticis erretur, manifestius est, quam vt longa demonstratione egeat: Vnicum eius rei exemplum proferre libet, quod Anno 1559. in facto contigisse refert Ludouicus Carrad. *respons. 14. libro 1.* *Canonicus quidam homicidii accusatus, à iudicibus ecclesiasticis, tribus sententiis conformibus condemnatur, quibus degradatur, & priuatut beneficiis; facta degradatione, executio remissa est ad iudicem secularis, qui eum condemnauit ad torturam; reus ad Parliamentum appellat, quod videns Iudices priores ita temerarios, & testium dicta contraria, & paruæ efficacia, vt de calunnia contra miserum carceratum constaret, recepit appellationem legitimeque de nouo instituto processu (qui ibidem egregie describitur) receptis que probationibus, canonicus ille absolvitur, una sententia, altera restituuntur bona, tanquam violenter ipsi ablata, & in expensas condemnantur ad inferarii. Aliæ rationes mox ex ipso iure Canonicō proferuntur.*

Quibus non attentis, † alii è diametro contrarium tenent: quod itmo in criminalibus secularis index omnino teneatur exequi sententiam iudicis ecclesiastici absque eo, quod de aliqua prætensa iniustitia cognoscat, illique impariti debeat suum brachium, voluit Innocent. *in cap. 1. numer. 2. versicul.* & intelligitur hoc, *de offic. ordin.* quem ibidem referendo sequuti sunt Ioan. Andr. *post numerum 10. versicul.* & intelligit hoc Innocent. Bellam. *numero 4. columna 3. in fine. vers.* aut cum causa cognitione. Imol. *post numerum 16. versic.* demum finaliter, vbi testatur de veriori opinione. Cardin. Zabar. *colum. 4. in princip. versic.* sed si in iudicio damnatum. Ancharan. *numero 6. versicul.* si autem condemnatum in iudicio. Abb. *numero 11. versic.* si petit, & numero 12. versicul sed si non traditur, qui omnes communiter concludunt, quod absque alia cogitatione, Clericum degradatum, & Curia seculari traditum secularis iudex teneatur morti tradere. Farinac. *d. loco numero 101.* adde Angelum *in l. Diuinus. ff. de custod. reorum.* Bald. *in authent.* Clericus, *in fin. Cod. de Episcopis & clericis.* Abbas, Siculus, Ancharanus, Imel. *in cap. 1. de offic. ordin.* & idem Abbas *in cap. fin. de statu regular.* Angel. *in l. Diuinus. ff. de custod. reorum.* Bald. *in authent. clericus, in fine.* Cod. de Episcop. & cleric. Agia conclusion. 3. Qui tamen in crimine heresios, † & simonia loquitur, in quo etiam casu idem statuit Thom. 1. part. quest. 95. artic. 1. Soto, *de iustitia & iure, libro 2. in principio.*

52 Cap. XII. Demodo proced tam à Iud.

Simane. in *Cathol. institution. tit. 9. numero 36. & 45.*
 Bernard. Diaz. in *praxi crimin. cap. 114.* nouitoris im-
 pressione. Thesaurus Christianæ religionis. *cap. 19.* Julius Clarus, § *heresis, numero 14.* Rolandus
consilio 20. volumine 3. Iacobus Sahagum de Villa-
 sante, in *cap decernimus, numero 74. de iudicio.* Mas-
 fuerus in *cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus, de heret.*
libro 6. Nauarrus in *cap. nouis. notab. 6. numero 44.*
 Couarruias in *practic. question. capit. 33. numero 35.*
in fine.

Ratio, quæ præter has, pro hac militat, mihi
 19 videtur esse desumpta ex triro illo † De qua re se-
 mel pronuntiatum fuerit, quæriterū, apud eundem,
 vel alium iudicem non debere, per *l. singulis,*
ff. de exception. rei iudicat quam luculentex ex aliis iu-
 ris locis classiisque scriptoribus illustrat Janus
 Linglaeus, in *otio jemestri. lib. 5. c. 2.*

Hos nūuos autem, vt alii euitarent, distin-
 guunt primo inter personas, secundo inter caus-
 fas.

20 Inter personas, † quasi ecclesiasticus non te-
 neatur indistincte, sed vito saltem processu, exequi, sacerdotalis sententiam; non econtra. Nam de
 sententia Innocent. in *d. cap. 1. de offic. ordin.* non te-
 netur iudex ecclesiasticus iuvare sacerdalem mu-
 crone ecclesiastico contra rebelles, & inobedien-
 tes, nisi prius ei fiat fides de rebellione, vel ino-
 bedientia, per processum legitime factum. Quam
 sententiam communem iudicant ex Decio, in *ca-*
pit. at si clericū. de iudic. & Thoma Grammat. in *con-*
fessio criminal. 42. numero 1. & Viuio in *lib. commun.*
opinion. verb. iudex laicus, & Auiles in cap. Pratorum,
cap. 20. numero 20. quos citat, & sequitur Suarez.
 de Paz, in *praxi, tom. 2. in procēm. numero 6.* vbi di-
 cit, in praxi obseruari, quos acta coram magi-
 stratu ciuili, extrahantur à prothocollo tabellio-
 nis sacerdotalis, & producantur coram ecclesiasti-
 co iudice, ad eius instructionem in causa, atque
 ita facendum esse, afferit consuluisse Bernar-
 dum Diaz, in *practic. criminali canonica, capit. 116.*
 Et pro hoc faciunt omnia illa, quæ scripsit An-
 dreas de Isern, in *cap. 1. Quo tempore miles.* & in *cap.*
1. de feud. fine culpa non amittit.

21 Contra † hanc vero sententiam valde mea o-
 pinione pugnant sequentia. Et primo ratio illa,
 qua dicūt eos pares esse quoad processum, quam
 ex Panormitan & Innocentio *capit. 4. supra ex-*
 pendit.

Secundo in specie ipsum ius Canonicum dat
 laicis indistincte examinationem, textus expre-
 sus in *cap. administratoris, 26. questio. 25. ibi:* Et secun-
 dum quod necessitas exigerit, absque negligentia exami-
 nent. Tertio pondero textum, in *cap. 2. de cler. ex-*
com. vbi iudicio Regis committitur. Ergo cogni-
 tio necessaria est. Iudicium enim est, vbi alicui
 commissio, & cognitio concessa est: & ita hoc vo-
 cabulo iudicare, utuntur canones, vt in *cap. 1. de of-*
fic. ordin. Quarto, huc accommodati possunt, quæ
 notat Hippolyt, in *trattat. de bannitis, in verbo, iudi-*
ce, numero 187. Index sacerdotalis debet iterum cau-
 sam examinare, quando sibi traditur per Episco-
 sum clericus puniendus, Angel. in *authent. de san-*
ctis episcopis, in §. si vero examen, & subdit ibi Angel.
 notabile verbum, quod potest frequenter in pra-
 ctica contingere, & est notab. pro Assessoribus,

qui procedunt contra clericum, & eis mandatū
 per Episcopum, vt clericum remittant; nam de-
 bent eam remittere cum inquisitione, & toto
 processu, & super ipso debet Episcopus se funda-
 re, & si reperit illum culpabilem ex illo processu,
 debet ipsius degradare, quod dicit esse not. sed in
 hoc vit. contrarium tenent. Canonista commu-
 niter in *cap. at si clericī, in princip. extra de iudi.* Quod
 sicut in criminalibus iudex sacerdotalis non tene-
 tur stare processui iudicis ecclesiastici, sed econ-
 tra iudex ecclesiasticus non tenetur stare pro-
 cessui iudicis sacerdotalis, & acta facta coram sacer-
 dotali, non faciunt fidem coram eo, sed inchoabit
 nouum processum, hoc ponit etiam Bartolus
 in *l. magistratibus, ff. de iurisdict. omnium iudicium.*
 & ibi omnino per Paulum de Castro, Alexand. &
 Modern. eleganter loquentes, & idem Bartol. in *l.*
diuus, l. secunda, ff. de custod. reorum, quam opinionem
 tenuit Felin, post Abbat. & alios, in *d. cap. at si clericī,*
 & dicit esse firmam, veram, & communem con-
 clusionem, quam tamen limita singulariter in ca-
 su quotidiano, videlicet, in hæretico condemna-
 to per iudicem ecclesiasticum, quia sacerdotalis iu-
 dex tenetur simpliciter exequi sententiam iudicis
 ecclesiastici, absque alia cognitione, vel nouo pro-
 cessu, text. est in *cap. inquisitionis. §. prohibemus, de*
heret. lib. 6. & ideo reprehenditur Bart. in *d. l. ma-*
gistratibus, vbi errauit de exemplo, quod posuit in
 hæretico, qui dixit contra casum d. c. vt *inquisitio-*
nis. §. prohibemus. Quia cum dictum crimen sit me-
 re ecclesiasticum, prohibetur iudex sacerdotalis quo-
 quo modo cognoscere, & iudicare, vt in illo tex-
 tu clare legitur; & ita communiter transeunt
 Moderni contra Battolum & Baldum sibi con-
 trarium in *Authent. clericus, Cod. de Episcop. & cleric.* &
 Ang. etiam sibi contrarium, in *d. l. diuus, & in l. pri-*
ma, Cod. de exhib. res. Salic. in l. ea quidem. Cod. qui ac-
 cusare non possunt. Imol. & Abb. in *cap. primo, de offi. io*
ordin. quod est notat, dignum, & quotidie contin-
 gens in punitione hæreticorum. Ecce casus hæte-
 ros, solus excipitur. Quæ licet valde fortia sint,
 nec facile euerti possint, tamen ipse Hippolyt, pa-
 rum iustis rationibus motus, priorem de iure Ca-
 nonico, confirmat, hisce verbis: Sed ego dico, di-
 ligenter aduertendum, quod illa decisio Angel.,
 quod iudex sacerdotalis debeat iterum causam suam
 examinare, non potest procedere, saltem de iure
 Canonico. Quia iudex sacerdotalis de nullo crimi-
 ne cognoscere potest contra clericum, nec prin-
 cipaliter, nec incidenter, vt est casus in *d. c. si iudex*
laicus de senten. excomm. lib. 6. & pro absoluto ponit
 Archid. in *c. 1. de cleric. coniug. at. eod. libro.* & firmant
 communiter Scribentes in *dicto c. at si clericī, de iudic.*
 & ideo communiter improbat dicta decisio
 Angel. per Modern. ibi per Felinum relatos, qui
 dicunt, quod text. in *Authent. de sanctis Episcop.* §. si
 vero ignoros. & ibi Ang. (qui dicit, quod si iudex sa-
 cerdotalis agitant processum contra clericum, debet
 remittere ad iudicem ecclesiasticum, cum processu,
 & tenebitur stare illi processui) non procedit, &
 quod Imperator non potuit ita disponere, *cap. ec-*
clesia Sancta Maria, cum ibi notat, de constitut. plus
 dubitant, & late disputant Doctores ibid. nun-
 quid confessio † clericī facta coram iudice sa-
 culari, valeat, saltem vt extra judicialis, adeo, vt
 non

non possit discerni, quæ sit magis communis conclusio, Abbas namque, quem Moderni sequuntur, & Felinus tenuit, quod non valeat, saltem ut extra iudicialis. Quicquid sit, illud est indubitanter verum, quod iudex sæcularis est penitus incompetens, & incapax cognitionis, & processus contra clericum; quinimo tenetur eum statim remittere ad iudicem suum ecclesiasticum dict. cap. si iudex laicus, & per communiter tradita in dict. cap. at si clerici. Item clericum etiam in crimen deprehensem, debet remittere ad Episcopum, ut voluit etiam Angelus in l. eos, §. super his, de appellat. & si securus faceret, esset excommunicandus, ut etiam habetur in cap. nullus iudicium, & ibi per Felinum extra de foro compet. Dicas tamen, quod poterit iudex sæcularis uno casu absque metu excommunicatio- nis, vel peccati procedere contra clericum, quando scilicet illud facit, ut minister iudicis ecclesiastici, & cum assistentia alicuius clerici, pro- ur bis habuit de facto, in ciuitate Firmi, contra duos clericos in flagranti crimen furti depre- hensos. Ethæc de prima distinctione.

Secundo inter causas ita distinguunt, quod aut sunt mere ecclesiastice, & in hisce sæcula- ris iudex tenetur + sententiam iudicis ecclesiasti- cici exequi, absque eo, quod in aliqua cogni- tione se intromittat, textus est expressus in cap. ut In- quisitionis. §. prohibemus. de heretic. in 6. per quem textum hanc firmarunt opinionem Alexandri in l. magistratibus, numero 8. & sequent. vbi alii refe-untur concordantes, & ibi etiam hoc idem volue- runt Iacobin, de sancto Georg. vbi quod dictum Bartol. contrarium tenentis non est verum, & Iason. numero 10. ff. de iurisdictione omnium iudicium. & Angel. in l. Diuus. la. 2. ff. de custod. reorum. Ca- gnol. in l. cum quedam puella. sub numer. 33. ff. de iu- risdictione omnium iudicium. Anton. de Butrio in cap. primo, numero 24. versicul. hoc casu. si cognitio cri- minis spectat ad solam Ecclesiam, & ibi etiam Imol. numero 16. vers. si autem fuisset lata, in causa cri- minali, iuncto versicul. sed aduerte, vbi propterea, quod Gulielmus & Bartolus contrarium tenen- tes, (& cum quibus, prout afferit, communi- ter transeunt Legistæ) male dicunt, Imol. numero 16. ad finem, versicul. si autem emanat super cau- sa criminali. Abbas numero duodecimo. Anan. numé- ro tertio versicul. contra quem. Bartol. & Alciatus nu- mero 20. extra de offic. ordin. Aretinus in cap. at si cle- rici, numero 20. & sequentibus. vbi etiam Bartoli op- nionem falsam afferit, & ibi etiam Anchatar. numero 12. & 13. Bero. numero 79. & sequentibus, vbi reprobata Bartoli opinione, hanc dicit communi- ter receptam, & à Canonistis, & Legistis. Quamvis postea Bartoli sententiam in duobus ca- tibus, ibi per eum relatis saluari posse con- tendat, sed in fine cogitandum relinquit. Dec. numero 10. extra de iudic. Anan. in cap. excommu- nicamus. il 1. numero 27. de heret. Felinus in capit. ad abolendam, numero 5. de hereticis, vbi in hac opini- one, tanquam ultimo loco per eum relata, re- sidere videtur; quamvis à nonnullis pro contra- ria parte allegetur, dum & ibidem, numero 4. contrarium tenentes refert Angel. de maleficio. in verb. nec non ad denuntiationem, sub numer. 14. Chaf-

sanzus in consuetud. Burgund. rubric. Des Iustices, §. 8. circa finem. numero 14. Afflict. in proem. constitu- tio. Regni Siciliae, in gloss. Gladii. numero 56. versicul. se- cunda conclusio sit ista Corrad. Brunor. in tractatu de heretic libro quarto, capit. 15. Grauatus ad Vestrum. in practic. libro ultimo, cap. final. sub numer. 41. vbi et- iam testatur, quod hæc est communis opinio Canonistarum. Boss. in titul. de denuntiat. numero 11. & in titul. deforo competent. numero 87. in princip. iuncto versic. & ita quando iudex ecclesiasticus, & nu- mero 90. in fine, vbi, quod iste casus est clarus, & in titul. de heretic. numero 10. & in tit. de sentent. nu- mero 114. versicul. & quando delictum, Ioan. Royas singul. 107. incip. iudex. De qua re in tractat. de ha- ret. parte 2. questione 450. Alphonsus de Castro de iusta heret. punit. libro primo, cap. 23. Bernard. Co- men, in sua Lucerna: verbo. exequirio. §. 6. versicul. sed queritur. Simanc. cathol. institut. tirul. 36. per totum. vbi relatis, & reprobatis contrariis, ac præser- tim Igneo, in l. 1. §. cum dominus, numero 41. Ad Syl- lan, quem impudentem, & insanum, ac potius helleboro, quam confutatione dignum existi- mat, hanc opinionem veriorem, receptionem, ac etiam Pontificum constitutionibus, & usu comprobatam existimat Diaz. in practic. crimin. ca- non. cap. 144. secundum ultimam impressionem, nu- mero 2. & ibi Ignatius Lopez. in additionib. liter. A. vbi, relatis, & reprobatis contrariis, de veriori & com- muniori, & de seruara apud eum opinione testa- tur. Albertin. in tract. de assert. cathol. & heret. q. 25. num. 43. versicul. praterquam in crimen heresis, & n. 44. & seq. Brunor. à Sole quest. legal. 17. n. 56. Fran- cisc. Pegu. in directo. Inquisit. part. 3. comment. 85. q. 36. per totum, folio 608. vbi etiam testatur de ve- ra, & communi opinione. Eamque late com- probat, etiam ex constitutionibus summorum Pontificum in fine operis per eum positatum, quæ omnen prorsus tollunt difficultatem: subdunt insuper, quod sæculares iudices aliter facientes, puniendi sunt, tanquam hereticorum fauto- res. Flamin. Cartar. de execution. sentent. capit. final. post numerum 7. Sigismund. Scacc. de iud. caus. ciuil. & crimin. libr. 1. capit. 63. numero 7. vbi etiam late hanc opinionem comprobat, tanquam verio- rem, & magis communem, & ab ea, quæ etiam, fine dubio, in practica communi- ter recepta est; in iudicando & consulendo minime receden- dum esse, tradit Farinacius d. loco numero 103. Agia conclusione 3. Baiard. ad Clat. questione 96. numero 15. vide tamen, quæ circa hanc controversiam notat Castren. in l. magistratibus, ff. de iurisdictione omnium iudicium, numero 4. sequentibus verbis. Quid autem si erat iudex competens in cognoscendo: puta episcopus de suo clero, vel inquisitor ha- reticæ prauitatis de heretico: non tamen, imponendo pœnam personalem, quam ecclesiasticus iudex imponere non potest, condemnavit, sed declarat ipsum criminosum, deinde remisit eum ad iudicem sæcularem, ut imponeret pœ- nam personalem, an sæcularis debeat stare sim- pliciter processui illius: an autem debeat de no- uo cognoscere, & aliter non teneatur pœnam im- ponere? Guil. de Cumhic, hanc partem, per tex- tum notabilem, in authent. vt nulli iudic. §. si vero quidam, & idem Bartolus in dict. l. Diuus, allegans

54 Cap. XII. De modo proced. tam à Iud.

Gail. hic. sed Baldus in authentic. clericis in fine. Cod. de Episcopis & clericis, videtur tenere oppositum: quia tunc Episcopus, tanquam maior, remittit ad seculariem, tanquam minorem; & sic erit potius executor, quam Iudex: Sed dubito, an per errorem ita sit locutus; quia dicit Guilielnum hoc velle hic: & tamen Guilielm. vult contrarium, vt & Bartol. quem ipse Baldus non allegat, non tamen dico, quod Iudex secularis debeat ipsum iterum condemnare: sed suffici, quod reperiat criminis; & ita debet exquirere, non tenetur stare relationi remittentis, quæ post iusti malo zelo, ut dicit I. diuin. &c Ad. de norara ab Oldrad. conf. 83. num. 4.

24 Alii tamen hoc & tantum ad haeresim restrinxunt, vt supra notatum est, & meminit Aviles cap. 20. prator. numero 20. Ideo ait, dicit Bartol. in I. diuin. ff. de custod. rerorum, quod tunc Iudex secularis potest summatim cognoscere, cuius contrarium tenet Baldus in authent. clericis. C. de episcopis & clericis. & Guilielm. in l. magistratibus, ff. de iurisdiction. omnium iudic. & Doctor. in d. Clement. pastoralis, de re iudic. & in cap. de cetero. eodem titul. quia est iofetior, & Innocent. in cap. cum in iure, de offi. deleg. & contra Bartolom. tenet Iason. in dict. l. magistratibus, numero 10 usque ad finem, & Angel. in d. I. diuin., & in l. Cod. de exhiben. reis. & Abb. in cap. at si clerici. de iudi. Angel. in tractat. malefic. in verbo nec non ad denuntiationem, numero 14. & ibi Aug. in addition. tenet quoque contra Bartolom., & sic, quod Iudex secularis non debeat de novo cognoscere antequam puniat; de quo per Andre. Sicut. Barba. in dict. cap. 1. de officio delegat. colum 28. cum sequentibus, vbi vult sustinere opinionem Bartoli per 6. colum. Sed tu intellige, & salua Bartolom. in aliis criminibus, excepto in crimine haeresis, quia in isto casu solummodo tenetur stare processui, & non in aliis casibus, vt tenet Abbas sic intelligendo Bartol. in cap final. in fin. de statu monachor. vbi ait, quod si index ecclesiasticus tradit clericum, vel laicum iudici seculari, per eum puniendum, Iudex secularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici, excepto in crimine haeresis, & solummodo in isto casu errauit Bartolus in dict. l. diuin., secundum eundem Abbatem, quod nota, facit text. in ca. inquisitionis, §. prohibemus de heretic. in 6. & istammet opinionem vult tenere idem Abbas in capit. primo, de officio ordin. numero 12. versicul. sed aduerte, pro qua opinione est textus in l. secunda, titulo primo. fori. Il libro quarto ibi, de que los obispos, y los pralados de la yglesia, los iuxgaren por hereges que los querer. Sed quando Iudex secularis inuocat auxilium ecclesiasticum, tenetur facere fidem de processu, vt tradit Innocentius & Abbas in dicto capitul. primo, de officio ordin. & Barb. ibi column. 27. vbi in column. 28. cum sequentibus, tenet quoque contra Bartolom. Sed tene, vt dictum est, quod excepto delicto haeresis, Iudex laicus debet iterum causam examinare, quando sibi traditur per Episcopum clericus puniendus tenet Angelus in authent. de sanctis. episcopis. §. si vero exzmen. column. non a. & Abbas, vbi supra. Et istam conclusionem contra Bartolom tenet quoque Stephanus Aufter. in tractatu de porestate secular. contra ecclesiast. tomo quinto, in

quarta regula, numero trigesimo primo, & trigesimo secundo, folio 436. vbi concludendo dicit, quod in criminibus aliis ab haeresi, Iudex secularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici. Et Peregr. in part. clericis, question. 1. o. in gloss. degradatus, in fine, vbi idem tenet, quod quando episcopus remittit haematicum ad Iudicem secularrem, iudex secularis teneatur stare actis Episcopi, quia ista remissio sit tanquam de superiori, ad inferiorem, vnde inferior habet exequi, non cognoscere de criminis, &c.

Aut sunt mixti & fori; & licet in hisce Iudex 25 secularis non exequatur, nisi sibi exhibito processu iudicis ecclesiastici, & nisi sententiam vindicit iustum, aliter securus. Tunc enim traditus Curia seculari, efficitur de foro illius iudicis, qui propterea debet ipsum, vt subditum iudicare, & non, vt purus exequitor, allegant tex. in §. si vero crimen, in authentic. de sanctis. Episcop. & per istum textum, ita tradidetur Alexand. in l. magistratibus, in fine & ibi etiam Angelus numero sexto, biloquitur in crimen sacrilegii, & Iason. numero 10. in fin. ff. de iurisdiction. omnium iudic. Anch. in cap. at si clerici. numero 21. de iudic. & ibi etiam Dec. numero 98. Anton. de Burrio in cap. 1. numero 24. versic. tene hoc, iuncto versicul. si spectat ad ecclesiasticum, & versic. tene, quod ne eriam secularis, & dicto numero 24. column. 4. post princip. versic. idem puta. Iun. numero 16. versic. si autem fuisset lata, in causa criminali, & dict. num. 16. post med. column. 6. in princip. versic. securus quando erat crimen, de quo posset se intromittere. Abb. numero 1 in fine, versicul. & finaliter videtur concludere, & numero 12. versicul. sed vbi crima non essent mere ecclesiastica. Gaid. Pap. numero nono, versicul. subdit tamen de officio ordin. Felinus in cap. ad abolendam, numero quinto, de heretic. Diaz. in practic. crimin. canon. capit. 144. secundum ultimam impressionem, numero 2. Albertin. de assert. cathol. & heretic. questione 25. numero 43. vbi bene comprobat, & bonas reddit rationes, & numero 45. ad med. ibi, quod hanc conclusio indubitanter procedit. Boil. in titul. de denunci. numero undecimo, & in titul. de foro competent. numero 87. versicul. sed si potest cognoscere, & numero 90. Vbi, quod ita teneant communiter Doctore, (quamvis Decius, vt ibi per eum relatis, aliquo modo contradicat.) Clarus in practica criminal. §. final. question. 96. versicul. quero etiam in princip. & in fine. vbi etiam de communi, ex Alciato & Curtio Iun. in locis ibi per eum relatis. Viuius opin. 936. numero primo, & sequentibus, vbi testatur de veteri, comuniori, & tertiiori opinione. Inuehitq; contra Iudices, quos imperitos existimat contrarium facientes. Brunnot. à Sole, question. legal. 27. numero 56. Flamin. Cartar. de execut. sent. contum. cap. ban. numer. 6. & seqq. vbi aliis relatis concordantibus, ac etiam relatis, & reprobatis contrariis, testatur de communiori, veteri & receptiori opinione, & ab ista communi non esse recedendum, dixit Sigismund. Scace. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 63. versic. si vero delictum est mere ecclesiasticum, & seq. & name. 8. ibi: propterea quod sunt exhibenda coram iudice seculari omnia acta, & processus, vna cum ipsa sententia, Ignatius Lopez. in addition. ad Diaz. in pract. crimin. canon. 6. 154. numero 11. in fine. Fatinacius d. loco numero 102. Beret. consilio 4. numero 15.

Qua

Quæ sententia etiam in Camera in consideratione habita, in causa Hildesheim / contra Braunschweig.

26 Tertio eam nonnulli + etiam distinguunt, quod aut remittitur condemnatus iusta pœna, sufficiente pro crimen mixti fori: aut non remittitur condemnatus, sed condemnandus.

Priori casu putant faciendam fidem de processu, ita nota Agia conclus. quarta. Ex mente Panormitan. in capitulo primo. de officio ordinari. numero duodecimo. Decii in l. magistratibus. numero decimotertio, de iuris omnib. Iud. Inuocentius in d. capitulo primo, de offic. ordinari. Bartolus ut ex eius dictis satis aper-te colligitur, in dicta leg. magistratibus. ff. de iurisdict. emm. iudic. cuius hæc est resolutio: Quotiescumque remissio fit ad exequendam pœnam inflictam à iudice ecclesiastico, tunc exequatur index secularis (inquit Bartolus) absque eo quod denuo cognoscat, vel ei fiat fides de processu. Si vero remissio fiat seculari ad diuersam pœnam, vel nouam infligendam, tunc denuo cognoscat, cum iudicio suo sit pœna infligenda: quæ est communis, & legitima interpretatio. §. si vero crimen. vt supra vidimus in 21. fundamento.

Probatur in primis hæc conclusio ex his, quæ proposita sunt fundamento 16. vbi de sententiis Episcoporum sermonem fecimus. Tum etiam iam quia de iure præsumitur pro sententia + iudicis, quæ transiit in rem iudicatam, vt in capitulo in praesentia. de renunciatione, & text. in l. Herennius. §. Caia. ff. de cvidion. eo quod præsumitur iure factum, quod index fecit leg. 2. Cod. de offic. ciu. iudic. Quæ maiorem sibi vendicant locum in Episcoporum sententiis, cum sint homines sacra-fandi, ut ait Imperator Constantinus, leg. 1. Cod. Theodos. de episcop. iud. & factorum Canonum cito-stodes. cap. cum quibus, & sequent. 24. questio tertia. Præterea quia si de iure præsumitur, quod vbi iudicis decretum interuenit, interuenient ea, quæ de iure requirentur, vt pluribus ostendit Alex. in 1. volum. consilio centesimo vigesimo quinto. in quinta columnna, & in 2. volum. consilio vigesimo secundo, & in consilio octuagessimo quinto, in quartacolumna. & notatur in capit. cum inter. & capit. sic ut de re iudic. maiori ratione id præsumendum est in Decretis, siue sententiis Episcoporum, propter rationem supradictam. Tum etiam per ea, quæ allegat Albert. de Rosat. in l. Episcopale. C. de episcop. audiens. His omnibus accedit, quod in criminibus mixtis, quorum cognitionem utriusque iudici competere certum est, illius iudicis iurisdictio atten-ditur, qui eam præoccupauit: argumento. leg. 1. ff. de offic. Consul. atque ad id est textus in leg. si quis postea, & in leg. vbi acceptum. ff. de iudic. Quo fit (inquit Redin. loco in princip. allegat. numero centesimo quinquagesimo sexto.) vt si ecclesiasticus, cognoverit & iudicauerit; ac, vt facilius exequi valeat, eam iudicii seculari committendar duxerit, is index secularis eam exequi teneatur. Hactenus ille. Pro cuius sententia facit, quod in executione iustitia, inferior videretur iudex secularis. can. Principes, & Canon. administratores. 23. quest. 5. Denique probatur ratione: quia secularis ideo petit, vt sibi fiat fides de processu, vt videat & ex meritis processus sibi confert, an sententia lata per iudi-

cem ecclesiasticū, sit iusta, vel iniusta, & an teneatur illam executioni mandare, nec ne. Sed de iure præsumitur sententiam illam esse iustum: quia fuit lata à iudice competente, & legitimo, seruato ordine iuris, cum omnibus aliis de iure requisis: ergo tenetur index secularis illam executioni mandare, iustum saltem ex præsumptione iuris. Dum igitur non probatur, sententiam iudicis Ecclesiastici esse iniustum, vel nullam, tenetur secularis illam exequi, absque eo, quod ei fiat fides de processu. Et si forte Episcopus verbo, aut scripto dixerit sententiam, quam tulit, esse iustum, tenetur secularis fidem habere simplici dicto Episcopi, cui creditur, sine iuramento, etiam in foro seculari, testimonio Abbatis, & Felini eodem cap. nuper. de testib. non tanquam testi, cui non creditur sine iuramento. capit. nuper nobis de testibus. etiam si Cardinalatus dignitate fulgeat: vt erudit gloss. in cap. cum olim. verb. Fratrum, de privilegiis, sed tanquam Pontifici, in tanta, & tam sancta dignitate constituto: sicut creditur Cardinali non iuranti, sed aliquid simpliciter asserenti, etiam in grauioribus negotiis, vt si sedis Apostolicæ legatum se esse dixerit, testimonio Ioan. Andri. ad cap. Apostolica, in verbo: Proponi. de re iudic lib. 6. Bald. ad capitul. cum in iure. de offic. delegati. Abb. in consilio 18. in 2. volum. gloss. in extrauagant. execrabilis. de proband. Bartol. ad l. 1. Cod. de superindict. libr. 10.

Neque huic nostræ conclusioni aduersatur, quod secularis iurisdictio sit protus sciuncta, & separata à iurisdictione ecclesiastica, canon. 10. & sequent. distinetio. nonagesima sexta. Neque quod reus, ratione mixti criminis offeas videatur duas personas, scilicet iudicem ecclesiasticum & secularem. Baldus in l. placet. columna ultima. C. de sacrosanct. ecclesi. Hæc inquam, minime aduersantur, quia solummodo locum habent, & procedunt, quotiescumque reus pro qualitate criminis non fuerit sufficienter mulctatus, si tamen fuit sufficienter punitus, non potest iterum pœnis affici, vt Coatriu. libro 2 variar. resolut cap. 10. numero 6. eleganter, sicut cetera scilicet, adnotauit. Quare iure optimo cautum est, capit. de his. de accusatiu. ne de his criminibus, de quibus sit quis absolutus, possit accusatio replicari: quia de delicto unius hominis sapientia non debet. leg. licet. §. ultimo. ff. nast. cap. & canon. veniam. 35. questio nona.

Neque obest, quod communiter docent Doctores: nimis absurdum à crimen + in foro ecclesiastico, posse iterum conueniri in foro seculari, vt late probat Petrus de Ancharrano in capitulo ea quæ. de Regulis iuris, libro sexto. Antonius de Butrio, & Panormitan. in capit. primo. de officie. ordinari. & Ioannes Anan. in capitulo secundo. de adulterio, quia hoc intelligitur de absoluto in foto interiori, vel penitentiali Ecclesiæ, non autem de absoluto iudicialiter, & in foto exteriori iudicis, sive magistratus ecclesiastici: quia vt optimè Baldus dixit in leg. placet. C. de sacrosanct. Ecclesi. absolutio facta ab Ecclesia, non intelligitur in præiudicium fori seculatis. Et hoc modo intelligenda est opinio glossæ in dicto capitulo de his. de accusatiibus, & Doctorum ibi-

56 Cap. XII. De modo proced. tam à Iud.

dem asserentium: punitum in foro pœnitentiali posse iterum accusari, & puniti in foro iudiciali: quod extendunt Panormitan. Mari. & Franciscus. etiamsi reo imposita eslet pœnitentia publica. Quorum sententia intelligenda est de absoluto pœnitentialiter, non autem iudicialiter, vel de absoluto iudicialiter, non tamen sufficienter. Et hanc sententiam confirmat Iason, in L. magistris numero decimo, vbi contrarias Doctorum sententias refert, & ita conciliat, ut hic, & supra notatum & hæc de primo casu, cum condemnatus remittitur. Posteriori vero casu cum condemnandus remittitur, posset, immo tenetur, secularis magistratus petere, ut fides fiat de processu, quam si ecclesiasticus facere noluerit, suum auxilium non tenetur, nec debet impartiri. Agia conclusio. quinta, per authoritatem Bartoli. in dicta lege magistris. ff. de iurisdictione omnium iudicium, & in leg. Diuus, & leg. non dubium. ff. de custodia rerum. Abbatis, Antonii de Butrio, Abbatis Sieuli, in capitulo primo, de offic. ordinarij, Decii in dicta lege magistris. numero decimotertio, & Baldi, sibi contrarii, Authentic. clericus. Cod. de Episcop. & cleric. columna final. & aliorum, qui ipsam tuentur, ex §. si vero crimen, in Authentic. de sanctissim. Episcop. collatione nona, in illis verbis: Et tunc (id est, post degradationem) competens Iudex hunc comprehendat, & secundum leges item examinans, causæ finem imponat: Sed non potest magistratus secularis causam secundum leges examinare, & ei finem imponere, nisi prius ei fiat fides de processu: ergo tenetur ecclesiasticus illam facere. Si autem contra fecerit, non tenebitur magistratus civilis suum auxilium impatriare. Ratio huius conclusionis est: nam sicut exigitur in iudice scientia iuris, quaæ perenda est ex legibus; ita & scientia facti, quaæ sumenda est à testibus: Sed hanc non potest habere secularis, absq; eo quod ei fiat fides de processu: ergo ad condemnandum reum ab ecclesiastico remissum, potest & tenetur secularis petere, ut sibi fiat fides de processu. Præterea iudex tenetur iudicare secundum leges. & iura. ¶ canon. iudicet 3. quæstio. 7. & secundum leges, allegata, & probata, sive ex fide eorum, quaæ probantur in iudicio. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. presidis. & l. nouam. Codic. de iudiciis, & l. penultima. de probation. & capit. primo, iuncto capit. laudabilem. de frigidis, & maleficiatis, ergo tenetur secularis videre acta, sive allegata, & probata coram iudice ecclesiastico, & petere ut sibi fiat fides de processu, vel de nouo causam inchoare. Denique, si Iudex viderit Instrumenta, & probationes extra iudicium, & certissime sciat, omnia quaæ in illis continentur, non potest secundum illas iudicare, nisi prius ei exhibeantur in iudicio. l. adoptio. ff. de adoptionibus. & capit. accepimus. & capitul. contingit. de fide instrumentorum, ergo semper requiritur in iudice ad iudicandum, ut habeat notitiam iuridicam de processu, quam non potest habere, nisi prius petat, & ei fiat fides de ipso processu: Absurdum enim maximum eslet, iudicem secularem condemnare verberibus, exilio, aut ultimo supplicio, quem nunquam nouit iuridice nocentem.

30 Quarto. Alii distinguunt, ¶ an de facto solo

dubitetur, quod tunc laicus cognoscat, quod exemplo demonstrat Ioannes Kœlner de Vankel professor quondam Colonensis, in sext. tit. de sentent. excommun. in capitul. decernimus. conclus. vn. Concludo, iuquit, quod Iudicem laicum compellat ecclesiasticus, ut excommunicatum repellat ab actibus iudicialibus sibi prohibitis: Probatur id hic in text. & qua pœna, patet in tex- tu, quia censura ecclesiastica quaæ continet excommunicationem, suspensionem, & interdictum, ut hic glossa prima, & intellige de omnibus iudicibus ecclesiasticis qui iurisdictionem episcopalem, vel quasi in loco habent, secundum Ioannem Andream, & hoc casu debet iudex secularis credere ecclesiastico iudici dicenti quem excommunicatum, secundum Ioannem Monachum, quia iudicis secularis de hoc non est cognoscere, pro quo facit, capitul. si Iudex in fin. quod verum intelligit Domin. quando dubitatur de validitate excommunicationis. Nam quando dubitatur de facto; an quis sit excommunicatus, vel non, potest iudex laicus cognoscere, secundum eum, de quo in capitul. cum laicus. supra dictum est, de foro competet.

Sed quid si in † criminis mere ecclesiastico ve- 31
niat imponenda pœna mortis; anne præscribe-
re id iudicii seculari debet Ecclesiasticus, ne is forte leviores imponat? id exemplo in hæreti
statuit Pagn. in direct. inquisit. part. 3. canon. 85. que-
stio. trigesima sexta, versicul. quasitum. & sequen. vbi
in specie traditur; quid facere debeat Inquisitor,
sive ordinarius, sive delegatus, si videat iudicem
secularem negligentem hæreticos sibi
traditos ultimo supplicio afficere; An scilicet
expresse ipsi iubere debeat, ut ipsos morti, &
combustionis pœna afficiat, an vero sufficiat,
ne irregularitatis periculum incurrat, ut ei-
dem seculari iudici in genere iubeat (quod tu-
tius existimauit.) ut sub pœna excommunicationis,
aut aliis censuris, sententias à se latas ex-
secutioni mandet, iuxta formam rescripti Ale-
xandri Quarti, & Leonis Decimi, de quibus ibi
per eum, quem in occurrenti casu videoas po-
nentem etiam aliam formam præcipiendo secu-
laribus iudicibus, ut hæreticos morti tradant,
absque eo, quod dubitetur de incursu irregula-
ritatis, Ignatius Lopez in additio. ad Diaz. in pract.
criminal. canon. capit. centesimo quadragesimo quarto,
litera A. folio quingentesimo quadragesimo quarto, post
versic. Est equidem quæstio, Farinac. d. loc. num. 106.
Et tantum de actis.

Tertio vbi Acta assecutus, vel hic scrupulus ipsi 32
exemptus fuerit, properabit, dabitque cum pri-
mis operam, ne differat executionem; quia cum
hic ut plurimum de criminalibus causis agatur,
cito ex æ sunt exequendæ: † idque ex rationibus,
quaes ex iure, patriis moribus, & classicis scri-
ptoribus luculenter adnotat more suo Ioannes
Langæus, in ocio semestri libro undecimo, capitul. 2.
per aliquot folia. Quod ita moderabitur, ne præ-
cipititia ipsi oblitus, evitabit autem id, si secu-
tus fuerit doctrinam Covarru. pract. quæst. ca-
pitulo decimo.

Servabit autem † in executione facienda, for- 33
mam & modum ibi vñstatum. Nam teste Ioann.
Platea

Platea in l. missi opinatores. C. de exact. tribut. num. 7. Quantum ad solennitates & formas executionis, in pectitur locus executionis, quando iudex ex sua ordinaria iurisdictione exequitur; & dicit quod facit l. si quis intra. C. de boni damnato. & per Bartol. in l. à diuino Pio. § sententiam. ff. de re iudic. Auiles cap. 10. prætor. fol. 160. Et quia non solum ipse, sed sa- pe per famulos debet exequi, monebit ne vel ex 34 avaritia, vel alio modo † quid omittant. Nam eo- rum conditio executorum, & famulorum offi- cialium, est prava, quia sunt voraces, & fraudulen- ti l. 1. C. de mu. lib. 12, & facit l. quanta ff. de publica. 35 & quia executio semel facta non est † iterato fa- cienda, tenet Bald. in l. Lucius Titius, ff. de leg. 2 in l. resp. Item est eorum conditio rapax, l. omnes §. Pra- terea. C. de episcop. & cleric. vt tenet Paris de Put. in tracta. syndicat. in parte familiaris, sive familia potestatis fol. 11. num. 6. vbi quoque dicit, quod idem dici potest de omnibus, qui obsequuntur, vt sunt a- & tuari tabelliones, perceptores, & scribani, & omnes executores, etiam præsumuntur malitiosi circa lites commorandas, vt ibi per eum. & vid. l. 1. in §. tripli vero. Inst. de actio. ff. colum. num. 57. vbi 36 dicit, quod sunt canes † curiarum, & devorato- res ciuium. & idem tenet Plat. in l. ex aula. C. de priuileg. eorum. libro 11. dicendo notarios appellari superbos, & rapaces, & alibi Imperator dicit vo- tax, & fraudulentum numerariorum proposi- tum, quia diuersi obsequiis rectorib. obsequun- tur, vt in l. 1. C. de munere eodem libro. & idem dicit de publicanis, quantæ audaciæ, quantæ etiam teme- ritatis † sint publicanorum factio[n]es; nemo est qui nesciat, vt in d. l. quæta, & tenet Guiller. Robelli in tractat. de iustitia. & iniustitia libro 3. capit. 5. in si- ne, tomo. 17. fol. 105. loquendo contra istos, & ad- uocatos; & dicit quod contra eos insurgat Da- uid, Psalm 51. Dilexisti omnia verba præcipitatio- nis lingue dolose, propterea Deus destruet te in finem, euillet te, & eradicabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra Viuentium. Et contra istos nuntios & executores facit text. & ibi Plat. in l. 2. C. Neristic. ad vnum obsequi. deuocent. libro 11. dicendo, quod si dicti nuntii, vel executores capiant animalia subiectorum rusticorum, eis no- lentibus, vel inuitis, pro suis negotiis exercendis, puniuntur pena publicationis bonorum, & per- petui exili: quod nota, & vide quæ dixi supr. in ca- pit. 8. in gloss. dineres. notat hæc Auiles in d. capit. 10. Prætor. in verbo Vnave fol. 160.

C A P. XIII.

De Contrariis utriusque brachio.

- 1 Contrarium fere omnes res humanae habent.
- 2 Clericos se non debere secularibus immisere, mul- tis ostenditur.
- 3 Ecclesiastici indices cum falcam in secularem messem inferre volunt, à Camera mandatis arcentur.
- 4 Laicorum statuta contra libertatem ecclesiasticam facta non valent. & num. 16.
- 5 Ad collectas Imperij Clerici tenentur.
- 6 Religionis pacificatio in Germania salubriter sta- tuta.
- 7 Statutum Iuliaccense arcens ab hereditate vel succe- sione ecclesiasticos, in Camera approbatum: & nu- mero 36.

- 8 Constitutiones Brabantie Caroli V. circa successio- nem recitantur. & iuribus confirmantur.
- 9 In Principe potestas faciendi præsumitur.
- 10 Acquisitum nobis, sine facto nostro nobis auelli ne- quit.
- 11 Principis placitum fortius operatur, quam pactum.
- 12 Ecclesiæ quoris modo relinquendi cuiuslibet est potes- tias.
- 13 Ecclesiastici recte contrahunt.
- 14 Ingressio in Monasterium ius sanguinis non tollit.
- 15 Ingressu Monasterii, ingredienti bona Monasterio ac- quiruntur.
- 16 Statuta contra libertatem ecclesiæ quæ dicantur: non consentiunt Dd. num. 18.
- 19 Libertas: n quando auferre quis datur.
- 20 Statutum est conuentio ciuium: & num. 22.
- 21 Contrahere cuique liberum.
- 23 Princeps potest disponere de bonis laicorum ad Eccle- siam non deferendis. & num. 24.
- 25 Laici possunt facere statutum, quod clericis non pro- dest.
- 26 Pacta contractibus priuati adiucere possunt prohibi- tiua.
- 27 Ratio Legis est anima Legis.
- 28 Malitius non indulgendum.
- 29 Salus Repub. suprema lex est.
- 30 Constitutiones non astringuntur ad casus de quibus tempore constitutionis cogitatum non est.
- 31 Priuilegium exemptionis, cum grauiter incipit lade- re, restringendum est.
- 32 Publica utilitas priuata anteferenda est.
- 33 Licitum quod quis sibi putat: etiam in alterius per- sona admittere debet.
- 34 Si Ecclesiastici possunt statuere, ne bona Ecclesia in laicos, sine certis solennitatibus alienentur: idem & Laici de bonis laicorum statuere li- ebis.
- 35 Confirmatae ordinationes magnum robur habent.
- 37 Ecclesiam primitiuvam nulla tenuisse bona: & quid de iure divino circa possessiones ecclesiasti orum statutum, numero 38. Et hac de re Patrum iudi- cia. num. 39.
- 40 Refutantur argumenta contra statuta laicorum formata.
- 41 Ciuite ius quid sit.
- 42 Galli quæ circa ecclesiastica statuerint.
- 43 Emphyreuta quando dominum requirere in aliena- tione debeat. & num. 44.
- 45 Consuetudo quæ contra Regem, & Ecclesiam quid introducit, an valeat.
- 46 Ecclesiastici, quam cacutiant in allegatione suorum priuilegiorum.
- 47 Monachi non priuantur successione nisi aliter statu- to inductum. & num. 49.
- 48 Equites Rhodi sunt ordinis S. Augustini.
- 50 Poloni quid in ecclesiasticos, quo ad contributiones, constituerint.
- 51 Reipubl. uno membro laborante aliis vita iucunda esse nequit.
- 52 Anglia quid circa ecclesiastica statuerit.
- 53 Veneta Respublica, quibus fundamentis nitatur in causa sua contra Pontificem.
- 54 Theologorum doctrina ab omni spe lucri aliena esse debet.
- 55 Potestas magistratus à Deo est.
- 56 Ecclesiastica iurisdictio à Iustiniano originem ha- bet.

- 57 De dicto Constantini: vos à nemine judicari potestis.
- 58 Magistratus sunt Dij.
- 59 Leges Imperatorum circa ecclesiastica.
- 60 Tributum ab omnibus soluendum.
- 61 Gladius spectat ad magistratum politicum.
- 62 Christus non exercuit potestatem temporalem: nec Apostoli. Et respondetur obiectionibus, numero 63. & 64.
- 64 Vicarius non est maior principali.
- 66 Carolus Magnus Imperium iure belli acquisuit.
- 67 Excommunicandi potestas Petro Apostolo data conditionalis est.
- 68 Sacerdos veteris testamenti subiecti fuerunt magistrati politico.
- 69 D. Paulus ad Cæarem appellat.
- 70 Sententia iniusta, an parendum.
- 71 Sententia nulla non obtemperandum.
- 72 Imperatoris seculariumq; principum autoritatem qui iurati sint remissuē.

HV C V S Q V à nobis deductum est, quatenus iudex unus alteri subuenire suppetiasque ferre debeat; Cum vero in rerum vniuersitate nihil tam fœlix firmumque sit, quod hominem, vel † contrarium non habeat, idemque & hic contingat, operæ pretium erit quædam de iis, antequam ad finem deveniamus, inserere, idque superficialiter saltem: si enim hic, omnia commemorare, eaque qua pat est, ratione, tractando procedere vellem, in infinitū opus hoc, quod limites suos habere debet, excresceret, multisque nauisem noueret. Includam autem hanc materiam sequenti dichotomia; Quod aut ecclesiasticus, aut secularis actum contrarium committat.

2. Circa Ecclesiasticos notandum: † quod licet statutum sit, ne clerici secularibus negotiis se immisceant. cap. 2. de iudic. cano. quoniam idem. dist. 10. & toto titul. Ne clerici secularibus negot. in antiquis. & sexto. can. his igitur. distinct. 23. canon. pr. dist. 53. canon. clerici. de vita & honest. cleric. & indignum sit dare Deo, quod deditetur homo. can. fin. distin. 49 & à turpi lucro, & voluptatibus alieni debeant esse clerici, & secularibus negotiis, nisi iis quæ per necessitatem ipsis iniunguntur. can. pr. dist. 32. can. fin. dist. 86. Idem etiam, in dist. 88. per totam, vbi pulchra exempla, & authoritates adducuntur, Cunctorumque sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque, ac discretam à secularibus, & laicis hominibus, superque iis esse constitutos tradat canon. beatus Petrus. quæst. princ. & tanto sollicitius in laicis clericali statui aggregandis examinatio procedere debeat, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis: quia utique conuenientia Ecclesiæ ministeria sunt deputanda, non inconuenientibus meritis ingerenda. canon. monachus. distinct. 77. Huc pertinet, quod à Paganis quoque, inter functionem iuris diuini, & humani obseruabatur.

Divisum imperium, cum Ioue Cæsar habet. Et Clemens, scribens, clericis, ait, oportere summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes fugiant: nam alioqui impietas crimen est, neglectis verbi studiis, sollicitudines

seculares suscipere. can. te quidem. & sequ. 11. quæst. princ. Item, Cuius portio Deus est, nihil curare debet, nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere; cum duo sint genera Christianorum; vnum quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit: aliud, quibus licet temporalia ad vium possidere. can. cui portio. canon. duo sunt genera. 12. quæst. prin. Petrus de Prato in gnos. general. iuris, libro quarto, titul. 16. cap. 3. §. Eadem procul dubio, &c. Eo tamen non contentos esse ecclesiasticos, sed falcam in alienam messem infrete, in Legatis pontificiis, in Germania præsertim, sæpe videmus: quibus ramen † Camerale, ad petitionem pattiū gratautatum, obuiam ite solent; cuius rei exempla plurima in promptu sunt, quæ recensentur ab authore Dub. Camer. in verbo: Mandata inhibitoria. Mandatum inhibitorium inquit: decretum fuit Iohanni Lecumusier de Corben/ contra Nicolaum Busimachern / Episcopum Verdunens, pro abdendis processibus Romanis, iuxta tenorem concordatorum principum Germaniae 6. Aprilis, Anno octuagesimo primo, Mandatum inhibitorium, sine clausula, fuit denegatum Erzbischoffen zu Bisanz/ contra Ferdinandum 14. Nouembris, Anno octuagesimo septimo, Ferdinandus hat zu Rom contra Archiepiscopū erpracticirt gehabt: Denegatum autem fuit, ob defectum iurisdictionis: quia non narrabatur Ferdinandum esse subditum imperii. Item in causa Werner zu Ramser/ contra Officialem, vnd Deputaten des hohē Stiftis Straßburg/ in causa præbendæ, vbi excommunicatus Ottenheimitb/ processus super appellatione denegati, mandatum tamen inhibitorium, si petetur, voluerunt domini decernere 22. Decemb. Anno 81. Mandatum inhibitorium decretum à Camera contra iudicem Spiritualem, seu Officialem, procedentem contra secularem, maxime Statum imperii. Ita processus decreti, in causa Escherfeldt/ contra Trier/ & in causa Rauenspurg/ contra Officialem zu Costenz/ Anno 89. 4. Martii. Bentheim contra Ludolff Nagel / Thumbherrn zu Münster/ wegen des Stiftis Münster/ vnd Stiftis Köln Officials geübter Nullitate/ An. 84. Bischoff zu Speyer/ vnd Abt zu Schwarzbach / contra Baden/ exequit 18. Octob. Anno 85. Medium concludendi: Das man dem Pontifici, in temporalibus, in Germania keiner Jurisdiction geständig / tenore concordatorum principum Germaniae. Item rem esse pessimi exempli quæ in Germania spectet ad seditionem: Vide Votum Bentheim / contra Officialem zu Münster / decreta citatio super nullitate, & inhibitione. 19. Augusti, Anno octuagesimo primo. Et in causa Mümpelgart / contra Episcopum Bisen. decretum mandatum cum clausula auf den Religionfrieden. 8. Ianuar. Anno, &c. Mandatum inhibitorium decretum Fisci, contra Episcopum Bisontinensem, 20. Junii, Anno sexagesimo quinto, ne se protectioni alterius submittat, aut quicquam ad imperii diminutionem faciat, sub pena 6. marcarum auripuri.

Et Anno 1589. 4. Iun. decretum mandatum inhibitorum Gubernatori ciuitatis Bisuntinensis, contra Episcopum Bisunt. qui voluit fenda, vicecomitatus, & maiorias, quæ quondam Dux Guiliemus Austriacus, ab imperio, in d. vrbe in feudum recognoscebat, in Regem Hispaniæ, & ejus gubernatorem alienare, &c. Et hæc de clericis.

Laici similiter actum contrarium libertati ecclesiæ constituunt. † si quid huic actui detrahant, quæ recte nullantur, per authenticas cassas, & irritas. C. de sacrosanctæ ecclesiæ, & aliis fundamentis infra adducendis.

Quod tamen, ne generalitate hac quis seducatur, ita accipiendum, nisi subsint causæ magnæ: tunc enim licitum est magistratui politico circa ecclesiasticos in suo territorio sæpe quid statuere. Quod diuersarum nationum exemplis demonstrare sufficiet. In Germania, tam in priuatis, quam publicis negotiis hæc res est appobata:

Et quidem quo ad publica: certum est, tene-
5 ri clericos, ex causa publicæ necessitatibus, † col-
lectas Imperii scilicet Turcensteuer / æquè at-
que alios præstare: ut & aliis multis casibus, quos
notauit, in tractat. de Commis. cap. 6. libro 2. part.
4. numero 37. & multis sequentibus. Et tamen ne-
mo hoc contra libertatem ecclesiæ esse dixerit.
6 Sicut † & pacificationem religionis, constitutam
constat.

Priuata quod attinet, non obstante hac regu-
la, Statuta Iuliacensia, ut ex seqq. quæ habentur,
in decis. Camer. Imperia. in verbo: Statutum: appa-
7 ret: confirmata constat. † Statutum Iuliacense
inquit author: quo prohibentur subditibona sua
immobilia den Geistlichen zu verschreiben, an-
valeat, tanquam contra libertatem Ecclesiæ, auth.
cassa. C. de sacrosanctæ Eccles. ? atque ideo videtur
non valere; sed illud ius, prohibens aliquid con-
tra libertatem Ecclesiæ, cessat, si aliqua subdit
causa iusta, ut hic est fauor publicus, ob quem
princeps, vel ciuitas subdito cuivis tertio iuum
privilegium eripere potest: quanto igitur magis,
ob eum favorem publicum quo id agitur, ne
omnia bona immobilia tandem devenant ad ec-
clesiasticos, & nemo sit, qui onera gerat publi-
ca, quæ causa huius statuti finalis est; Et sic non
modo in foro Ecclesiastico: sed etiam consciencie,
valere videtur illud statutum. Et hæc senten-
tia à Cameralibus approbata fuit. 3. Octobr. An-
no 60.

8 In Brabantia quid D. † Carol. V. statuerit, pa-
tet ex sequentibus tribus articulis, iunctis glossis
extractis. ex addition. ad Latum introitum, prout ha-
bentur in editione Colonensi, de Anno 1577. folio
147.

Artic. 13.

Item/ dat van nu voortane die Cloosters ende
Geestlycheden van blyten ons Landts von Bra-
bant geenderhande Erflychheit binnen densel-
uen Lande van Brabant gelegen / het sy gronden
von Eren Zynsen/ Pachten/ oft Renten en sulken
moegen coopen oft verreygen.

Hoc est,

Item, quod deinceps Monasteria, & ecclesi-
stici extra regionem nostram Brabantæ, nulla

bona immobilia in Brabantia sita, sive sint fundi
sive census, aut redditus possint emere vel acqui-
tere.

Vbi Addit. Georg. Vivien. I. C.
ad verba.

Item/ dat van nu voortane die Cloosters. Licet
Lex, vel Statutum Principis facularis sit coacti-
vum personarum, ad aliquid faciendum, & tamen
prima fronte non liget clericos, vt ait A'berie. in
cap. quod clericis colum. 7. in fin. de foro compet. Felin.
in cap. Ecclesiæ S. Mar. colum. 38. versiq. quint. de consti-
tut. tamen hisce tribus ubleqq. artic. festinui, in
favorem horum Privilegiorum, contrarium, at-
que sic consului amplius, in Consilio meo, super
causa cuiuscum Canonici Colon. contra Præpositū
quendam Abbatæ cuiusdam, prope Mechliniam:
Quod consilium etiam meum, post varias habitas
in super disputationes, & collationes, non solum
modo Domini Cancellarius, & Syndici, cum Ord-
nariis Professoribus facultatis utriusque iuriis pub-
lici Colonienſ. verum etiam & aliarum famo-
sarum Universitatam Doctores excellentissimi
approbarunt imo subscriptere; vt videre est in
meorum Consiliorum volum. I. cont. 11. & 12. vbi
quamplurimos casus diligens Lector repetiat, su-
per hisce tribus articulis auctor, in utilitatem Rei-
pub. productos.

Artic. 14.

Item/ dat gheene onbernerlycke Goeden / het sy
eigen goeden / Leengoeden / Emphytocke goeden/
ost Chynsgeoden in onsen Lande von Brabant/
Limbergh / vnde andere Ouermaße gelegen / en
sullen moegē vercocht/ ghecederet/ost getranspor-
teert worden / by wat Saecte ost Thyle het wesen
mochte / tot behoef von eenige Cloosteren / Gods/
huysen / Cap. ellen / Collegien / ost andere doode
handen: Den ware / dat sulke Coepingen / Cessi-
en / Transpoorten/ost Transmutationen/ gebuerden/
ende geschieden/bij gemeynen oirloue/ende Concen-
te / van Ons / ende den Wethonderen / von den
Hoofdsteden / daerender dat sulke vercochte / Ghe-
cedeerte / Getranspordeerde / ende getransmuteerde
goeden gelegen Zyn / En dat tot dien eijnde / geene
Schevenen / Mannen van Leene / daten / ost andere
Rechter daer by / noch ouerstaen en sulken moegen/
daer sulke vercoopingen / Cessien / Transpoorten/
ost Transmutationen totter doode hand behoef / ge-
daen sulken worden Opte pene / van Onser Indi-
gnationen / ende voorts / opte Boese / ende Breucker/
von eenen Marek Bondis / te committerende / en-
de / te verbeuren tot Onsen behoene / by allen den
genen / die ter contrarien doen sulken / sonder ver-
drach/ost disimulatie. Ende soo wat contrarie ge-
daen / geantempteert / oft vorsgekeert sal mogen
worden / hebben wy vercleert / ende vercleeren nits
deesen / in hem seluen te Zyne / ende te blyuen nit
machtelois / ende van onwearden / vnde voor sulck
tot ewigen dagen / gheacht / ende gehouden te wor-
dene.

Id est:

Item^{a)}) quod nulla immobilia bona, sive allo-
dalia, sive feudalia, sive emphyteutica, sive censi-
va, in nostra Provincia Brabantæ, Lymburgica, &
aliis

60 Cap. XIII. De contrariis vtriusque

aliis ultra Mosam sita, b) possint vendi, cedi, transportari (qua ex causa, vel quocunque titulo etiam illud fiat) vllis Monasteriis, Cœnobiis, Capellis, Collegiis, aliisve manubiis mortuis: nisi tales venditiones, cessiones, transportationes, vel transmutatrones, fiant communi permissione, & consensu nostro, & iudicium ciuitatum, sub quibus eiusmodi vendita, cessa, transportata, & permutata bona sita sunt: Et quod ad eum finem, nulli Scabini, Pares curiae, vel alii iudices iis adesse, vel praesesse poterunt, vbi tales venditiones, cessiones, transportationes, aut transmutaciones, ad commodum manus mortuæ fient, Sub pena nostra indignationis, & sub pena ac multa, ynius libræ auri amittendæ, & applicandæ nostrovsi, contra omnes, qui contrarium facient absque transactione, aut dissimulatione. Et si quid contra factum, attentatum, aut machinatum fuerit, declarauimus, & declaramus, vigore præsentium, id in seipso esse, & manere debere infirmum, & nullum, & pro tali in perpetuum habendum.

ADDITIO Viuenni, ad prædicta verba.

Item, dat geene ouberuerende Goeden / rc. Questio iterum hic moueri solet; An Princeps contra Ecclesiasticos possit ita iuste statuere? Profecto præsumitur, † semper potentia in Principe faciendi, secundum Bald. conf. 277. in 3. volum. in penult. colum. per Clem. 1. de probat. & Cyn. in l. rescripta, Cod. de prec. Imper. offer. de quo vide etiam tractatum meum de locis argumentandi legalibus, in loco, à loco ad personam.

b) En sullen moegent vercocht. Concordat cum Mandato Cæsareo eiusdem Caroli V. Anni 1552. de feud. editum circa princip. articul. incip. Item, dat gheen ouberuerende goeden / rc.

c) By wat saecke oft tijtele. Adducat tamen aliquis: id quod nobis acquitum est Ecclesiasticis, sine facto nostro, à nobis auelli non potest, † & probabit per l. id quod nostrum, ff. de regul. iur. cui occurro per autoritatem Sebalt. Neapol. in consil. si Ecclesia, vers. sed quid de clericis, quod illis non obstantibus, Clerici ligentur iure congrui. quod & confirmat Robert. Marant. disput. 8. incip. a. fiducie in pal. latius. num. 34. in fin.

Artic. XV.

Item^{a)} dat inßghelyx geene Ouberuerende goeden bij Tijtele van Generals oft Particuliere Succession / by Testamenten / oft eenige ander Wierschen wille/ oft Ghifte/ het sy Donatione causa mortis, oft van lutestate, gheenfins en sullen moegent toecken / succedern / denolueren tot Cloostern / Godishuijsen / Collegien / oft andere doode han den/ vorsteruen. Verkleerende: inßghelyx alle tghene des in contrarium van desen by hemanden ghe daen / oft gheatempteert mochte worden / tselue te Zyne ende te blyven vor null ende onweerden/ ende vor sulcx geacht te wordene^{b)} tot eerwigen dagen/ als voere.

Hoc est:

Item quod similiter nulla immobilia bonatitulo, vel generalis, vel particularis successionis, per testamentum, vel aliam quamlibet ultimam

voluntatem, vel donationem, siue caussa mortis, siue ab intestato, nullo modo possint acquiri, succedere, deuolui, ad Monasteria, Cœnobia, Collegia, vel alias manus mortuas. Declarando similiter, omnia, quæ in contrarium à quocunque facta, attentatave fuerint, esse, & manere debere, nulla, & inualida, & pro talibus in perpetuum habenda.

Addit Viuien.

^{a)} Item, dat inßghelyx geene ouberuerende goeden / rc. Videmus denuo, quam à fronte & à tergo oculatus fuerit Princeps circa utilitatem, & salutem totius Reipubl. haec constitutione sua, † quæ 15 deberet fortius operari, quam vllum pactum, l. fin. de boni libert. vbi Bald. in 3. norab.

b) Tot eerwigen dagen / rc. Et sic videntur Pater, & Filius Principes sequuti illitis Claudiis, ad bene recteque regendi imperium instructionem. Haec tenus textus & glossa Viuenni.

Et hæc ordinatio, etiam statutis ciuitatum hinc inde inserta, & haec tenus recepta fuit.

Idque Principis placitum, cum de eo in Camera controuerteretur, ego consultus, ante 14. annos, sequentibus pro, & contra disputando approbavi, & in Camera exhiberi curau.

BREVIS FACTI NAR- ratio.

Sancitum est publica constitutione Duxis Brabantia, ne subditi dictæ regionis, (iustissimis sane, & grauissimis de caassis, edicto comprehensis) immobilia villa, pensiones, vel annuos redditus, sine Principis consensu, magistratusve, sub quo sita sunt, vlo titulo, donationis, contractus, ultimæ voluntatis, vel successionis ab intestato, transferant, vel alienent in Ecclesiasticos. Questionis igitur est; an hoc statutum dicatur iuridicum, legitimum, an vero contra ecclesiasticam libertatem introductum, proindeq; non attendendum? Et licet prima facie videbatur dicendum, hoc statutum nullius esse valoris & momenti; Primo, quia tam leges iuris civilis, quam Canones Pontificum, vnicuique donationis titulo simplici, vel mortis causa, quid quantumve velit Ecclesiæ earumque † personis, donandi, relinquenti ve licentiam concedunt, l. 1. l. illud quod. l. vt inter diuinum, l. generali in lege, C. de sacro. eccl. c. futuram Eccliam, & C. seqq. 12. q. 1. 12

Secundo, quia clerici à laicis tam immobilia, quam mobilia bona, annuos redditus, pensiones, & alia quævis iura emere, perpetuoque sibi retinere & conducere, † ad instar laicorum, possunt, d. l. 1. l. vt inter. C. de sacro. eccl. c. futuram Eccliam, & C. seqq. 12. q. 1. 13

Tertio, si qui vitam secularem relinquentes elegerint se Monasterio, vel clero sociare, & reliquum vitæ tempus sanctimonialiter degere voluerint, non licet parentibus eos quasi ingratos à sua hereditate repellere, nec à mortuorum intestatorum successione, ea de causa, arceri possunt, Auth. ingressi. cum sequent. Cod. de Sacrosanct. Eccles. l. Deo nobis. §. hoc etiam. C. de Episcop. & clericis. cap. nullam Nouel. 123. c. si qua mulier. & c. non licet 19. quæst. ultim. Notant Doctor. in c. placuit. 16. quæst. 1. in c. in præsencia. de probat. c. statutum 18. quæst. 1. Ratio hu- 14 ius rei est, Quia per ingressum Monasterii ius san-

sanguinis non tollatur: est enim immutabile. I. iura sanguinis. ff. de R. I. l. ius agnationis. ff. de pactis. §. sed naturalia. Inst. de iure natur. gent. & ciuiti.

Quarto quod omnia bona, & iura, quæcunq; in transitu, ad Monasterium ingrediens; tempore 15 ingressus t̄ habet, ipso ingressu Monasterio acquirantur, adeoque ut disponendi de iis postea, ingressus potestatem nullam habeat. (exceptis calibus aliquibus, in aut h. si qua mulier. C. de sacros. Eccles. & libi) autb. ingressi. cum seq. Cod. d. tit. l. spem. Cod. de donat. Autb. nisi regati. Cod. ad Trebell. capit. in presentia de probat. cap. statutum. 18. qu. st. 1. cap. si qua mulier. Nouel. 123. cap. illud quoque. Nouel. 5. Et non solum id ita simpliciter iure sanctum est, sed nec 16 statuta in cōtrariū fieri posse rescriptum est: t̄ Imperatores enim cassa & irrita iubent esse omnia statuta, & consuetudines, quibus contra libertatem Ecclesiasticam, quid introducitur, & de capituloibus aboleri mandant serio Auth. cassa & irrita, & l. placuit. C. de sacrosanct. Ecclesias. l. illud. l. vt inter. cod. l. decernimus. & l. final. C. de Episcop. & Cleric. Et Pontifices, huiusmodi statuta edentes, & consuetudines introducentes, nisi intra duos menses aboleti fecerint, statuarios, scriptores statutorum, proconsules, Rectores, consiliarios locorum, vbi huiusmodi statuta & consuetudines editæ, & sanctæ fuerint, & secundum illarum formam iudicantes, excommunicationis telo feriunt. Quam sententiam etiam approbant plurimi Dd. Alexan. consil. 140. num. vlt. Felin. in cap. de constit. Decius & Abbas. in capit. cum clericis. colum. antepen. de foro compet. Bald. cons. 246. Socin. cons. 81. vol. 1. Anchor. consil. 107. Kitcho. conclus. 86. cent. 5. Iason. in l. vlt. de pact. num. 24. Dec. num. 28. Fichard. ad Villalob. lit. S. num. 110. Zaf. in l. de quibus. num. 25. de legibus. Ex quibus omnibus concludendū videtur, Constitutionem, vel dictum statutum, eum superioribus ecclesiasticorum iuribus deroget, & contra ecclesiasticam libertatem introductum: (quippe quod prohibeat ulla bona immobilia, annuos reditus, & similia, in clericos, sine autoritate magistratus, alienari) non solum nullum, cassum, & irritum esse, sed & statuentes, introducentes, defendantes, & secundum tenorem illius iudicantes, per pontificem, fulmine excommunicationis, paniendos.

His tamen non obstantib. concludendum putto, hoc statutum omnino valere: idq; ex sequentib. validissimis rationib. & argumentis. Quia autem tota quæstio hæc circa id versatur: An statutum valeat contra libertatem Ecclesias? Præmitendum est, Doctores inter se dissentire in definitione libertatis, Ecclesias: Quidam n. definiunt, ea dici contra libertatem Ecclesias esse, quando 17 cauetur statuto aduersus t̄ priuilegia, iure diuinino, à Romanis Pontificib. Imperatorib. vel iure communi, ipsis inducta Aleist. in Authent. ingressi num. 1. Salicet. ibid. Paril. cons. 40. vol. 3. Schurff. cons. 67. n. 25. cent. 1. Chassa. rub. 9. 10. n. 50. vbi multa 18 allegat. Alii tamen, & rectius definiunt, t̄ ea statuta esse contra libertatem Ecclesias, quæ sunt contra priuilegia, concessa Ecclesiis, seu ecclesiasticis personis, per Principem seu P̄pam. Bart. in Authent. cassa. post Innocentium & Cyn. num. 3. Cod. de sacros. Eccles. Qua definitione retenta, certum est, hoc nostrū statutum, nō posse dici cōtra

libertatem Ecclesias: Ecclesia enim in successione vivit iure cōmuni: Ergo quod contra sit, non est contra libertatem Ecclesias. Datō tamen, nō concessō, ratione huius, de finitio nem, hanc locū sibi nō vendicare, sed primo loco positam, huic præferri debere: nihilominus sequentib. rationibus & argumentis, statutū hoc nostrum, non esse contra libertatem Ecclesias, aperte demonstrari potest. Quæ n. naturali facultati Ecclesias, tam circa personas, quam res, in aliquo non t̄ derogant, ea nō 19 possunt dici contra libertatem eius. §. 1. Inst. de iur. personar. l. libertas ff. de stat. hom. Sed hoc statutū nihil horum facit: quod sic declaro. Primo n. personis de iure suo nihil detrahit: quia licet subditos, ex quadam ratione speciali, prohibeat alienare bona immobilia, citra consensum principis in Ecclesiasticos, tamen, quo minus cum aliis contrahant, nihil verat, cum ipsis incapaces rerū immobilium neutquam fiant. Et licet subditi cum Ecclesia contrahere non velint (quæ voluntas satis appareat ex statuto: quod nihil aliud est, quam ciuium omnium expressa pactio t̄ & conuentio 20 in scriptis redacta. l. omnes populi ff. de iustic. & iur. l. l. 2. 35. l. de quib. ff. de legib.) tamen eo ipso, eorum libertati quicquam detrahi nullus vñquam dixerit, imo si contrahere cogantur illorum libertati quid detrahitur: quod vñq; iniquum: t̄ liberum 21 est n. vñcuiq; contrahere, aut non contrahere. l. in commodato. §. 2. ff. commod. l. sicut. C. de Obligat. & Act. Nec obstat, si dicatur: imo contraria voluntas satis appareat, ex eo, quod postea de facto, cum ecclesiasticis contrahere, & immobilia transferre in ipsos, contra tenorem statuti, tentent: Quia hoc nō attenditur, cum priorē t̄ voluntatem, quæ 22 obligatoria fuit, inter omnes ciues. d.l. 1. 2. de legib. Glossa in l. vacuatis. C. de decurionibus. inuita altera parte, & de cuius præiudicio agitur, mutare non licet. l. in commodato. §. 2. ff. commod. l. sicut. de oblig. & Act. l. quod semel placuit. ff. de R. I. o. quod semel de R. I. in 6. & quod contractis ab initio sint voluntatis, ex post facto sint necessitatis. vulg. iurib.

Deinde, non disponit aliquid de rebus Ecclesiasticis acquirendis, aut alienādis, sed solummodo de bonis subditorum t̄ laicorum: quod vñq; potest. l. cunctos populos. C. de sum. trinit. l. 1. l. eiusdem. l. pupillo. de tutor. & curat. dat. l. propter. §. licet. ff. de Excusat. tut. Bar. in l. fin. n. 24. Cod. de pactis. Ergo, &c.

His accedit aliud argumentum: Aut n. statuta laicorum disponunt super personis t̄ Ecclesiasticis, iure, & re ipsa iam acquisitis, & tunc non valent, vnde Dd. statutum illud: videlicet quod ingressi Monasterium, non succedant: cum hic verba dirigantur cōtra personas Ecclesiasticas, & disponant super eis, in quas nullam iurisdictionem habent, nullius momenti esse dicunt, & nō obligatorum: Aut disponunt super personis, & reb. adhuc laicis: vñputa, quod ingrediens monasterium, vel si quis intrauerit monasterium, nō succedat: & hoc casu: quia verba diriguntur contra personas adhuc laicas, similiter de rebus laicis, disponant, ratione competētis iurisdictionis, valent, & obligant. Bar. in l. fin. C. de pactis. Bald. in cōsilio. quod incipit, an per statutum possint s̄ i. legitima priuari. Idem in consil. quod incipit: statutum super quo petitur consilium tale: vbi dicit, quod in acquitendis Ecclesiæ, statutum laicorum valet: ratio

est, quia antequam essent acquisita Ecclesiæ, erant sub dominio, & potestate laicali, secus est in acquisitis: vnde statutum prohibens rem alienari in non subditos, etiam in Ecclesiasticos alienari vetat. Et istam conclusionem quod statutum laicorum, quatenus disponat de rebus & personis sibi subditis, valeat, quamvis aliquatenus præjudicet clericis, tenuit. D. Signor, de homod. tam consulendo. 25. 21. quam disputando, quia est honestum, rationabile & irreprehensibile, nec contra libertatem Ecclesiæ: quæ disputationem refert Alberic. de Ros. in opere statutor. 2. part. & 1. q. dicens, quod dicta disputatione facta fuerit, presente Dom. Louico, Vicecom. publice, per d. Do. Signorol. & quod Paul. de Lizaclis ante d. Signorol. eam ipsam disputationem publice, & istud idem ipse Alberic. sequitur, & refert in Auth. decernimus. C. de Episc. & cleric. quod sequitur Lauren. Caualc. conf. 7. Idem etiam tenuit Salic. in rep. l. 1. C. de sacros. Eccles. in vls. col. dicens, quod statutum: ne quis rem suam immobilem alienet in non subditum, siue sit persona Ecclesiastica, siue secularis, nisi certa forma seruata, valeat: & tamen non est contra libertatem Ecclesiasticam. Concordat Cardinal. Florent. in c. perpendimus. de senièt. Excom. in 9. & 10. q. vbi dicit: Quod si fiat statutum, quod non valeat alienatio in Ecclesiam, nisi prius fiat proclama in palatio, vel quid simile, & alienatio aliter facta non tenebit, eo quod Ecclesia nullo iure in hoc est laesa, nec ex hoc in aliquo sibi præjudicatur: Eandemq; sententiam posuit Salicet. in authen. cassa. C. de sacros. eccles. dum dicit, stante statuto, quod minor viginti quinq; annis, non potest alienare in clericum, sine dicta solennitate, & hoc, quia ex dicto statuto nullum ius deripit. At hic disponitur, q; sine consensu principiū non possit fieri, quæ est forma quædam. Ergo concludendū, hac dispositione, nihil libertati Ecclesiastica offici. Bald. in l. de quib. ff. de legib. dicit quod laici possint facere statutum, t; quod clericis non prolix, nec per hoc dicetur contra libertatem Ecclesiasticam: quia nihil tollit, licet nihil deferat.

26 Superioribus addi potest aliud argumentum, pro opinione hac stabilienda. Si pacta, solemnitates, leges, modi, contractibus priuatorum adiecti, huiusmodi scilicet, ne res extra familiam, ne in certū genus hominum, ne sine certis solemnitatib. ne absq; consensu eorum, quorū, &c. vel similares, alienetur, valent, si testatoris idem statuentis voluntas reputatur iusta, l. si ita quis. 134. 5. eadem lege. ff. de V. O. l. peto. §. à fratre. l. cum pater. §. libertus. ff. de leg. 2. nec vñquā dixerit quis per prædicta, contra aliorū libertatem, qui nō acquirunt omnino aut in quos sine certa solemnitate quid nequit trāsferri, fieri quicquam: Cur non idem dicemus, si princeps cōstitutione, vel vniuersitas statuto suo (quod nihil aliud est, quam publica omnium ciuium conuentio & pactio, vt sup. est demonstratum) eius maior autoritas censenda. l. nemo potest. ff. de leg. 1. l. testandi. C. de testib. l. 1. l. de lege. l. non solum. ff. de nou. oper. nunc. c. disponat. Nou. de riupt. disponat, & sine certa aliqua obseruata forma quædam bona, in quodam alienati vetat.

Quibus & hoc coniungi potest, quod Iustin. per auth. cass. C. de sacros. eccles. cassa & irrita iubet esse, quæ sunt contra libertatem Ecclesiæ. Sed pacta, solemnitates conditiones, de quibus in prece-

denti argumento, quibus dominorum alienandi liberū arbitriū quodāmodo cōstringitur, astrin- gitur, item leges, quæ ne furiosi, prodigi, pupilli omnino, minores, sine auctoritate curatorum, tutores, & curatores, sine auctoritate iudicis, quædam alienent, item ne fundus dotalis sine consen- su uxoris alienari: cum consensu, ne obligari quidem possit, ne iudices in prouinciis, & qui cum iis sunt, contrahāt, & similes, prohibent: tam ecclesiasticas, quæ seculares concernunt (passim scilicet, ne furiosus, minor, tutor, maritus, iudices, contra mētem legum, alienent in Ecclesiasticos:) quia verba generalitet posita, generaliter sumen- da sunt: præsertim cum in aliis locis nusquā excepio inueniatur, & ratio legis, (quæ alias anima legis dicitur. tex. in c. 1. de prob. feud. alien. per Frider.) 27 tam in his, quam laicis militat, & per d. Authen. cass. sublatæ aut correcæ non sunt. Ergo nec contra libertatem ecclesiasticam esse, dicendum: & per consequens, nec dictum statutum quod tale est. His & illud adiiciendum: quod qui iure suo vtitur iniuriam facere non videtur. l. 232. ff. de Inuerj. l. nullus. 55. & l. nihil dolo. ff. de R. l. 25. & l. Proculus. 26. ff. de damn. infect. l. 3. §. 7. ff. de incend. ruina. n. suffragio. etiam si alteri noceat. l. 9. l. 14. ff. de seruitur. v. ban. prædier. d. l. Proculus. l. 6. §. 6. ff. de bu. q. in fraud. credito- rum. nisi sola t; malitia, cui non indulgedū. l. in fun- do. 38. ff. de rei vindic. & animo tantū nocendi faciat, l. 61. ff. de R. l. d. l. in fundo. 38 & d. l. Proculus. 26. l. 1. §. 12. & seqq. ff. de aqua pluvia. l. 9. ff. de seruitur. Sed vni- ueritas, & subditi, dum vigore dicti statuti non facile patiuntur bona sua immobilia alienari in extraneos, seu vt hoc casu in Ecclesiasticos, sed suis seruari volunt (ex ordine charitatis, qui sibi suisq; potius, & prius prouidere iubet, quæ aliis) iure suo vtuntur: & licet per consequentiam, vt qdam Dd. volunt, hic ipsorum libertati, quid detrahi, (quod tamē falsum, & supra satis refuta- tum est) & ipsis aliquatenus noceri videatur, tamē id in considerationem venire non debet, l. si quis ff. de reb. credit. & l. verum, ff. de furtis, nec illud de iure prohibitum, vt infr. dictum. cum non ex mera malitia, & in odium Ecclesiasticorum, sed necessitate summa quodāmodo exigente, propter cōseruationem communis & publici boni, vnde singulorum salus dependet (& hinc apud Romanos illud: Salus Reip. summa t Lex esto: 29 volentes inuere imprimis, & ante omnia spe- etari, & animaduerti oportere, quid Reip. expe- diat, & utile sit: hoe expedito, tum deum singu- lorum & priuatorum commode consuli, & recte prouideri debere) id fecerint. Nam indies numero religiosorum & Monasteriorum crescente, crescentibus item opibus, & possessionibus illo- rum decrescentibus, hinc necessario laicorum viri- bus & potestatia, (vnius enim generatio alterius corruptio est) tandem eo res (nisi salutari aliquo & presenti remedio huic ingrauesceti malo occurrus fuisset) deuenisset, vt eneruatis ita laicorum virib. exhaustis opib. destitutis ipsis possessionib. non reperti fuissent, quin munera & onera Reip. sub- irent, Imperatori, & secularib. seruitia, & auxilia à subditis nulla p̄stari, & vix subditi inueniri potuissent. Hinc & Guil. Bened. in c. Raynus super verba: & vxore nomine Adelasia n. 250. scribit (Gallie laudans cōsuetudinem, ex qua monachis ex successionib. nihil

nihil defertur) in hunc modum: Alias iam fere periisset, exhaustaque fuisset, & in nudis titulis regni huius vniuersalis machina secularis consisteret, adeo, quod hodie Monasteria omnia pene bona temporalia possiderent, Cæsare in puris & nudis titulis relicto, de quo valde conqueritur Ioannes Petr. de Ferrariis. *in libell. de hered. diuid. sup. verb. omnis communio.* Cum vix nunc aliqua reperiatur domus nobilis, aut potens, quæ non habeat religiosos, aut filias, vel alios patentes: Vnde si succedendi, & cum fratribus, vel alijs parentibus laicis, & secularibus bona paterna vel aliorum parentum diuidendi attributa esset facultas, vniuersi Regni meliores saltem possessiones, à manibus laicorum iam diu exulassent, & tota laicorum armata, & pecunia subsidiaria potentia Reipub. alumna, ipsiusque Ecclesiæ tutrix certe vacua remansisset: quod tolerandum non fuit. Et ita idem Guilielm. Bened. *in sequentibus concludit*, prædictas videlicet rationes solas sufficere, ad moderandum, vel etiam tollendum omnino priuilegium, *per text. in cap. suggestum. de decim. ibi:* Nam quando Romana Ecclesia ordinis vestro, priuilegia de decimis dederat, ita erant rarae Abbatiæ vestri ordinis, quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri, sed nunc in tantam augmentatæ sunt, ac possessionibus ditatae, quod multi viri Ecclesiastici de vobis apud nos querelam sepe pponunt, & *per l. 12. C. de sacr. sanct. ecclesiis. & paſsim per tot. vbi Iustin. dicit*, se egenis prospicere, & date operam, ne salario pauperibus deficiant: loquens de Ecclesiasticis priuilegiis: quia (inquit dictus Guli. super excrescentia excessiva, & ea, de quibus tempore & constitutionis non est cogitatum, & in quibus constituentium non militat ratio (quæ anima legis dicitur: nunquam censentur in dispositione comprehensa, imo exclusa. *l. Titius. 25. in prin. ff. de liber. & posthum. l. 29. vox rem. ff. de manumiss. testam. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. substit.* per ea quæ scribit Bald. *in cap. cum Martinus. de Constitut.* Præterea est communis decisio Dd. & Panormitanæ in *capit. peruenit: de iur. eccl. postloan.* Andr. ibi, volentium: Quod, & quoties priuilegium exemptionis laedere grauiter incipit subditos: vt quia princeps forte multitudinem exercit, aut multitudine ad gradum ordinum priuilegio, aliqui ordinis induito, ad illum ordinem cōfluere incipit, ex quo ceteri subditi grauiter ledentur, potest officium superioris implorari, vt exemptio tollatur: Dispositio illa non improbat tanquam contra libertatem Ecclesiæ, quæ publica necessitate exigente, tam personas, quam res Ecclesiasticas grauat. *l. ad instructionem C. de sacrosanc. eccl. c. ad hoc Nou. 13. s. peruenit. c. non minus. & c. aduersus C. de immunitate Eccl. Commune & autem bonum, utilitas, & necessitas publica, priuatorum cōmodo anteponuntur, & leges. l. vnic. § pē. C. de cad. toll. l. utilitas. C. d. c. arripiatis. Nou. 71. l. actione. § Labo. ff. pro socio. c. scitas. 7. q. 1. Sed prædictum statutum necessitate publica ita exigente, non onerat Ecclesiasticos (quod tamen per supra allegata licet) sed solummodo (quod multo minus est) non defert. E. non debet.*

Insuper & hoc argumento vti libet. Quod quis sibi licitum, & in sua persona & quum putat, debet hoc idem reputare in proximum. l. si duo. §. si

quis. cum seq. ff. de iure iuri. l. cum in eo. 44. ff. de pactis. l. cum hereditas. ff. de administ. tut. l. i. in princ. & tot. tit. ff. quod quisque iuris. cap. cum omnes. de constitut. Sed Ecclesiastici statuentes, ne sua immobilia vel alia alienari possint in laicos, sine cōsentu superiorū, omnium fratrum, vel altem sine alia certa quadam solemnitate, se, actum de iure licitum, nec prohibitum exercere sibi certo persuadent, cum super personis & rebus, suæ iurisdictioni subiectis, disponant. c. irrita. c. nouit. c. tua nuper. de hæc quæ fiant à prælatis. c. hoc cō. ultissima. de reb. Eccles. non alienand. c. quæ in eccliarum. de constitut. c. cum laicis. de reb. Eccles. non alienand. Non debent ergo iniquum reputare id ipsum in personis laicorum, si simili ter (vt illi supra) hi de rebus sua iurisdictioni subiectis, disponentes vetent alienari bona immobilia, vel quævis alia in Ecclesiasticos, sine consensu magistratus, vel alia quadam solemnitate. Nec si sincere agere & & qui iudices esse velint, (vi non dubito) vñquam dixerint, hoc statuto Laicorum Ecclesiasticae libertati aliquid detrahi, sive o è cōtra statutum tale sit factum ab Ecclesiasticis, laicorum libertatē ne gry quidem minui: vel si derogant quodāmodo (vt quidem per cōsequentiam hic fieri hallucinantur) libertati laicorum, hoc similicere, nec iniuria adscribendum, sed laicis nō licere, & pro iniuria ipsis clericis illata reputandum, si tale quid fiat. Ex his, & aliis similib. rationib. non solum G. llii scriptores, ad vnum sere omnes, statuta huiusmodi approbarunt: sed etiam in Camera imperiali, ex his, & similib. argut. ēis, pro iuridicis sunt agnita, & secundū illa pronuntiatum est. Quod vt manifestū aliquo modo fiat, in facto incidisse disputatur q; memini. An statuta in ordinatione Iuliacensi, cōtra Ecclesiasticam libertatē posita, pro legitimis & iuridicis habēda essent? Et decisum est: quod, quia illa quæ certū modū Ecclesiis, quid deferendū, vel relinquendū statuit, ordinatio, ab Imperatore non solum confirmata esset (qui vtiq; sī ea cōtra libertatem Ecclesiæ esse cognouisset, nequaquam cōfirmatione muniisset,) Sed & etiam in diuersis & similibus hic approbata ideoq; sequenda: id exemplo dilucidius patebit. Ordinatio Iuliacensis expresse disponit: vt ingrediens Monasterium, vsum fructū tantū acquirat Monasterio: quod videtur esse cōtra libertatem, est nō cōtra cōstitutionem authēt. cassa. aliaq; iura, quæ successionem liberis defrūt. Eo & tamen non obstante, hanc cōstitutionē Ducis Iuliacensis valete cōclusum est: ex sequentib. causis. 1. Quia factore familiū tales ordinatibes ita disponunt. 2. Ne Monasteria nimii ditescāt, & religiosi in religione legniores fiant: Ita Anno 6. 5. Sept. in causa Becc. Wendell / contra Peter Wendell/ pronūciatū. Idem quoq; statutū disputatū in causa J. han von Neite. 6. 14. Ebei ha dū vnd Iohann. Eber schwein / Anno 68. mense Dec. His prēmissis antequā ad solutionem cōrritorū iuriū & argumentoū veniamus, prius de aliquo adhuc admonēdi sumus: Ex scriptis tam veterū, quam nouorū certo cōsta: Ecclesiam catholicam à principio nulla tenuisse bona, prædia, fundos, nec immobilia illa possedisse, nec longo tē, ore post, ministros more Apostoli o, in paupertate & miseria bona sua omnia vendētes, & Christū sequentes, relictis mundanis omnib, nullā habentes pro-

priatatem, victu & amictu contentos vixisse. c. duo sunt genera. & seqq. 12. q. 1. ibi fere per totū. Quod idē confirmat vocabulum clericus κληρος grāce, latine fortem significat, & hinc clericī, quasi sors, vel pars domini, qui autem pars domini est, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat dominum, & possideatur à Domino. Qui dominū possidet, & cum Propheta dicit† (pars mea Dominus) Psal. 15. nihil extra dominum habere potest. Quid si quippe in aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus, verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellec̄t̄ilem, cum istis partibus dominus fieri pars eius non dignatur, si autem ego pars Domini sum, & filius hæreditatis I. Tim. 6. eius, nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi Leuita, & Sacerdos viuo de decimis, & altari ieruiens, altaris oblatione sustentor: habens victum, & amictum: his cōtentus ero, & nudam crucem, nudus sc̄quar. Verba sunt textus, c. cleric. 12. q. 1. concordat, c. cōportio. & d. c. duo sunt ibid. Adde quod scriptum est. Deuter. 18. in princ. ibi. Non habebunt Sacerdotes, & Leuita, & omnes qui de eorum tribus sunt, partem & hæreditatem, cum reliquo Israēl: quia sacrificia domini & oblationes eius comedent, & nihil accipient de possessione fratum suorum: Dominus enim ipse est hæritas eorum, sicut locutus est illis. Successu vero temporis bona temporalia oblata, acceptauere quidem, sed statim vendiderunt, & pretia in viis suis conuertērunt. Tandem iraque pauplāt̄m fac̄cescente Zelo pietatis, & amore veræ religionis, in ministris Ecclesiæ, viuendi illa antiquorum austeras, nec nō vita ista solitudo quodammodo displicere, & mundanæ deliciæ & voluptates arridere cōperunt: hinc eo tandem deuentum, vt ecclesiastici, ad instar laicorum, bonis temporalibus (maximo tamen, & eudentissimo, proh dolor, cum Ecclesiæ detimento) abundauerint. Nam antiquitus, cum ministri Ecclesiæ, simplices, humiles, pauperes, frugaliter, & sine sumptu viuentes, paucis, secundum naturā, contenti, tunc vera fides, vera religio, sinceri & pii ministri, verus Dñi cultus erat: At nunc ubi possessionibus, aut prouentib⁹ ditati sunt, apud succēssores illorum, virtus & Dñi pietas elanguit, ita ut in luxum, parsimonia, in superfluas opes, paupertas, in fastum, humilitas, in lasciviam, continentia in confusione abierit: omnis vero ordo Ecclesiasticus nunc vniuersus parui habeatur: Vne Ecclesiam talibus abundare bonis non expedit, ita refert G. guin. lib. 6. c. 2. circa finem. vide latius Bosiliū in 3. parte, Epist. 97. incip. me benevolentiam. ad Dandalum Episcopū Vicentinum. Et cum hoc inuisitatum, nec morib⁹ receptum, imo constitutionib⁹. Impp. quorundam l. 20. l. 27. C. Theodof. de SS. Eccles. prohibitum sit, ad quas Diuus Hieronymus alludere † videtur, ad Nepotium 7. part. 3. dicens: Pudet dicere, sacerdotes idolorum, aurigæ nummi & scorta, hereditates capiunt, solis clericis, & monachis id lege prohibetur: nō à persecutoribus, sed principibus Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruimus hanc legem: Cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus vt indigeam cauterio, prouida sanctaq; legis cautio, & tamen necesse, vt refrenetur avaritia, per fidicōmissa legib⁹. illudimus: prohibitum est, cō-

stitutionib⁹. Impp. aliorum in Codice Iustinianeo relatis, l. 1. l. generali lege, l. vt inter & similib. C. de SS. Eccles. confirmatum & approbatum est. Ex quibus omnib⁹ luce meridiana clarius est, d. ll. & similib. quib⁹ illis commercium bonorum immobilia permittitur: Impp. nihil aliud velle: quam laicos clericis posse donare, vendere, l. gate, quicquid & quantum velint, seu alio quouis modo, in eis vivi, & in eos transferre: & econtra, clericos posse ea oblata accipere, emere, & in perpetuum retinere, nec, vt antea, cogi vendere, & nullo modo illis derogare iure communi, quasi in illos (clericos scilicet) facilius sine solenitatib⁹, iure ciuili præscriptis, aut vlla obseruantia legum, alienatio bonorum fieri possit. vt appareat ex l. illud quod lex. et l. generali, lege. 13. C. de sacrof. eccles. vbi dicitur, si quis Ecclesiæ quid relinquit, testamento vel codicillo, hoc fieri debere instrumento solemni, etiam si testator sit persona Ecclesiastica. Et sane sufficere iatis, & eo contenti esse debuissent, quod iam possidere bona temporalia, & immobilia (quod tam illorum voto, quo se in paupertate viuere, & solummodo decimis se immiscere, spiritualia curare tantum, relictis mundanis Dñi cultum remorantibus, promiserunt, minime conueniens) sicut laici, & in perpetuum sibi seruare possunt, nec ita indulgendum affectib⁹. nec proprio adeo, inhiandum lucro, vt iustitia penitus obliti, vimque iniuriamq; legi inferentes, menti constitutum contrarium quid facere non voleantur.

His † sic præmissis, facile erit ad argumenta in 40 contrarium allegata, respondere. Prima obiectio fundamenta duo continet: vnum, licere laicis mobilia & immobilia, & quantum velint, in clericos quouis donationis titulo, transferre: Alterum, clericis licere bona quæcunque ita, (legitimo tamen modo) oblata, suscipere, & in perpetuum sibi seruare. Primum illud, quoad liberam subditorum, bonorum suorum alienandi, in quævis voluntatem, in parte, nostro statuto, limitatur: dum immobilium alienationem sine consensu magistratus in clericos fieri nō permittit, quod vtique potest. vt supra in argomento 1. & 2. latius deductum: est n. statutum laicum disponens super rebus & personis laicis. Secundum illud, ius oblata acquirendi & retinendi monachis tributum, illibatum & intactum relinquatur. Vnde iam satis appetat, dictum statutum nihil illorum iuri derahere, aut contra Ecclesiasticam libertatem introductum esse. Ad secundam obiectiōnem eadem est solutio. Tertium argumentum similiter non obstar: Nā licet ex eo quidem inferatur, liberos relinquentes secularē vitam: & sequentes Monasticam, à parentib⁹, tanquam ingratos, vel in odium ecclesiasticorum, non posse exheredari, aut ab eorū successione excludi, de quo omnes leges, & Canones loquuntur, qui obiciuntur, & allegātur, in dicto 3. argomento: Tamen nihil impedit, quominus statuto vel consuetudine fieri possit, in favorem familiæ, ob conservationē publici & communis boni, vel alia quavis de causa, ne ingredientes Monasteriū, titulo successionis, bona immobilia laicorū vlla, vel saltem fine interposita autoritate magistratus, transerant: imo etiam ne clerici laicis in vlo (vt supra ostensum) succedat, separata n. sunt, facere aliquid prin-

principaliter, ad iniuriam & odium alterius, aut aliquid principaliter agere, in fauorem commodumque sui, & suorum, & à separatis male fit illatio, & nihil concluditur. Non obstat & illud, quod dictum est, per ingressum Monasterii, ius laganis, quod alibi ius cognatiis vocatur, mutari non posse: quod utique si de ipsa cognitione, & consanguinitate, intelligatur, omnino & generaliter verum; utpote quæ & in servis (qui ramen iure ciuii pro mortuis habentur) manet & durat, si vero intelligamus ius, proper hanc naturalem coiunctionem alicui tributum, tunc hec adhibenda cautio, ut ius illud, naturale scilicet, per ciuile funditus tolli non possit, aut quo ad genus; sed in parte, & in specie posse, l. si ius ciuile. ff. de iust. & iur. vbi ius 41 ciuile definiare videtur IC, per hæc verba. † Ius ciuile est, quod neq; in totum, à naturali vel gentiū recedit, nec per omnia ei seruit, itaque cū aliquid addimus vel detrahimus iuri cōmuni, ius propriū ciuile efficitur. Quod in successionib. iplis antiquitus ita mutatu appetet, cum ex Lege Decemvirali nepos ex filia, in cuius materni bona non admittebatur, donec Prætor eum per bonorū possessiōnem, vnde cognati, vocaret, similiter & emācipati sibi in paternis bonis nō succedebant, donec eos Prætor per bonorū successionem vocaret, vnde liberi. Quarto nec illud nobis obstat: quod bona & iura, quæ intras tempore ingressus obtinet, omnia & singula, ipso ingressu, in Monasterium transferat: Nam hoc nō ita simpliciter, & generalliter, nullo alio attento, sed cum temperamento quodā, & ciuile, ut loquuntur, intelligendū est, scilicet: quoad id per iura & leges alias licet: quod & in translatione rerum in clericos facienda, respondendum, & attendendum est. ex l. 19. illud quod. & l. generali lege. C. de sacro san. eccl. At certum est, quædam pacto, quædam contractu, quædam testamento, quædam statuto, vel consuetudine, prohiberi alienari, in hos, vel illos, sine hac, vel illa solennitate, vel conditione: quibus non artētis, est omis̄s̄is, si alienatio facta est, aut omnino non valet, aut si valuerit, reuocatur, & irritatur. Ex quibus appetet, stante statuto nostro, bonorum immobilium alienationem, & translationem à subditis in clericos nullam fieri posse, aut factam reuocandam saltem esse, ac nihilo minus generalem istam superiorem regulam, veram esse & locum habere, in casibus non exceptis. Quinto ex superioribus appetet, statuto ex eo nihil derogari, quod Imper. cassa & irrita esse iubet, omnia statuta, contra libertatem Ecclesiæ introducta: quia hoc tale non esse, satis ex superioribus omnibus patet. Finaliter itaque concludendum: statutum hoc esse legitimum, & iuridicum, & omni iuri, Diuino, Naturali, & Ciuii consentaneum. Et tantum de Germania superiori ac inferiori.

42 In Galliis, quæ Reges, circa ecclesiastica, statuerint, si recensere vellem, dies deficeret: omnes n. Gallo Interpretum, vel Doctorum libri illis abundant. Audianus hic saltem unicum Arnold. Ferron. in Commentar. ad consuetudines Burdigae. lib. 2. m. 8. de feuds. §. 10. hisce verbis differentem: Licet emphyteuta, alienare volens, dominum adire debet, atque eum statuto tempore expectare, remque iure prælationis retinere possit dominus, nō tamen in emphyteuta facit, aut Augusti id obser-

uandum est, aut in emphyteuta Reipublicæ ecclesiæ: cum eorū venditiones, licet ab ipso etiam fisco factæ sint, à principe non possint retrahi, sed firmè maneant. †, vniuersi. C. de fund. sei priuata. l. eos 43 qui. C. de diuers. præd. urban. & rustic. d. hi quib. l. vniuersi. C. de fund. patrimonial. & saliens. lib. 11. neq; tunc in eorum alienatione Reipub. aut fisci contensus est necessarius Batt. in l. si finita. §. si de redditibus. ff. de damn. infest. Bald. in l. 3. C. de seruitu. & aqu. Et ideo, qui p̄diū propiū in emphyteutum ab ecclesia accepit, † si alieno querit postea, non poterit id ab ecclesia reuocari, neque ex alienatione in ecclesiā vllum dominium translatum videtur. Batt. in l. si aliquam. ff. de acquirend. possesso. Angelus Perusin. in leg. qui rem. C. locati. idem Angelus in §. emphyteutum in authen. de non alienand. Franc. Aretin. cons. 14. At hodie emphyteuta Ecclesiæ quin eide-nūtiare debet, & ea iure prælationis possit uti, sup̄eruacuum est dubitate. per c. potuit. Extra. de locat. nā idem ius ei cōpetit quod cōpetebat dominis. ex l. fin. C. de iur. emphyt. Ac priuilegiis. iisdēq; iurib. eam gaudere æquum est, quibus priuati: sed cum propter innumera priuilegia, id nocere possit, i.epe iudicatum est, posse eam cogi, ad rem retentam in priuatorum manum deferendam, data fa-cultate cui deferat, contra c. primum. de immu. eccl. in 6. Hoc tamen loco, & Rex, & Ecclesia, priuantur iure prælationis. Sed nōne inualida est hæc cō-suetudo, † quæ neq; Regi (qui eis dominatur, qui 45 eam considerunt) ius potuit dicere, neq; Ecclesiæ, vlo paſto ius aut libertatem minuere. auth. cassa. C. de sacros. eccl. ap. qua in ecclesiarum. cap. eccl. sancitæ Maria. extra de constitutionib. l. priuilegia. C. de sacro. sanct. eccl. cap. bene quidem. 96. distinctio. licet in Rege ius prælationis locum habere docuerit I. Gallus, in Parisiensem Athesis. Ac mirum est, quantum inculcent sua nobis priuilegia, vbi da-tinum timent, quæ oblata lucti spe, † alioquin 46 negligunt, ideoque in clericum, à prophano iude-dice agitatum iudicium capit, quo ad condemnationem, improbant, quo ad absolutionem, probant: cum qui damna non potest, absolvere non possit, & contra, c. 1. de immunitat. Eccl. in 6. cogitatur à se abdicare res dominis obnoxias. Et certe non ideo minus valida est hæc consuetudo; sum quod aduersus eos præscriptione longi tem-poris, ita hoc inualuit: nū etiam, quia nouissime ita sancitū est ex ecclesiæ, ecclesiasticorumq; cōsen-su, qui ad has consuetudines, in scriptis redigen-das vocati sunt, à Rege etiam ipso postea cōfirma-tē: Itaq; eis etiam sacerdotes ligantur: etiam si Pó-tificii iuris amatores, qui pro libertate Ecclesiæ non alicet atq; pro artis & focis certace soliti sunt, non in iuri dissentirent: nam & pleraq; alia aduersus eos recepta sunt. Nā licet iure Monachi † suc-cessione, quin Monasterio eo acquiratur, nō pri-uentur. l. Deo nobis. C. de Episc. & cler. Aquitaniae ta-men, & totius etiā Galliæ generali cōsuetudine, & Monachos, & Monasteria à successione excludi certissimū est: q; etiā per trahitur ad equites Rho-dios, & S. Ioannis. Nam & eos Raph. Volateran. lib. Anthropologie 21. † ait ordinis censerū diui Augu-stini, orationemq; dominicā certo numero repe-titam pro canonis horis pronunciare: idq; cō-probari potest ex his, quæ docet Andr. Siculus in rit. extra de feud. Bald. cons. 170. lib. 2. & Hieronymus 48

Paulus, magni iudicij Jurisperitus, ordinis eos esse Augustiniani ait, *in eo libro, quo provincia ecclesiastum declarantur.* Eis tamen nomine aliorum certa pars bonorum assignanda est titulo *vsls fructus*, ad legitimos heredes post eorum mortem reditura. ⁴⁹ Carthusiani diplomata multa producebant Pontificum, quib. succederent: sed ut pro his iudicaret senatus, impetrare non potuere, &c.

⁵⁰ Polonus, ^{fol. mibi 197.} etiam, ex causis, in Ecclesiasticos quid statuere audere, constat ex notatis Andreæ Fricii *tractatu de Republ. emendanda lib. 3. de bello cap. 11. n. 4.*

vbi sic ait: Montem pietatis, sicuti ego accepi, clarissimus, & sapientissimus vir Io-an. Lassius, religionis & Reipub. nostræ princeps, quodam in conuentu Petricouæ habito, ad hunc modum erigendum censebat, vt quasdam vocaret summas primarias, alias secundarias, alias tertiarias. Primarias dimidiis fructibus estimabat, quas semel tantum numerari satis esse iudicabat: computatis quidem in fructibus, & censibus pecuniariis, & agrorum emolumentis. Secundarias, ex vigesimali reddituum partibus conficiebat: quas omni anno solui volebat. Tertiariae fortuitæ es-sent, de quib. infra dicemus, primariis, & secunda-riis constitutis: Et quāuis nec primariæ, nec secun-dariæ constitui possent, nisi redditibus singulorum estimatis, ideo vix quicquam saneiri potest ad per-petuitatem, nisi primum censu constituto: Sed quoniam primaria non, nisi semel soluenda es-sent, non desperabat Lassius, omnes Reipublicæ amantes, ea bonitate fore, vt libenter, & prolixe eas soluerent, sine fortunarum & honorū suorum exacta estimatione. Si forte propter difficultatem numariam arduum esse videretur, vt tota summa primaria simul numeraretur: credebat tamē, sine magna molestia biennio, vel ad summū triennio numeratū iri, & à Rege, & ab omnibus possessio-nes perpetuas habentibus, atque adeo omnib. ecclasiastici ordinis viris, iis quidē qui beneficia sa-cerdotalia perpetua perciperent. Eximendo n. hoc numero putabat eos, qui anno vertente, quasi motoriam fabulam agere ac præsidū suorū volun-tate, loco cedere cogātur. Sed qui sacerdotiis gau-dent perpetuis, ab his pro facultatum vnius cuiusque sacerdotii, & redditum ratione (eorum quidem qui ex agris, & censib. proueniunt) & primarias & secundarias summas, numerandum esse. Idem & de principibus prophanis, & de equestris ordinis viris, possessiones agrorum, & census alios habé-tib. intelligendū esse censebat. Hæc erat, de mon-te pietatis, Lassii sententia. Quæ in eo, quod pri-mariam summā semel tātū numerari satis esse di-cebat, ea interpretatione explicanda videtur, vt quisq; bonorum aliquorū possessor semel in vita sua soluat, in cuius locum qui succedat, semel etiā in vita soluat, & sic de aliis in priorum loca suc-cessentib. intelligendum. Nam si in possessiones bonorum Ecclesiæ venientes, singuli pro se numerant aliquid vel Papæ, vel aliis Pontificib. certe & quum est, vt oēs, alias possessiones adeūtes, hu-merent Reip. cuius totū hoc est, quod inter mul-tos nomine, vel hereditatis, vel meritorū diuisum est. Nō erit aut difficile, Ecclesiasticos homines ad cōtribuendum inducere, si quemadmodum Rom. Pōtifici, pensiones ob sacerdotia adepta, ita Reip.

eandem ob causam, pecuniam, quam diximus, sol-ue re essent deuincti. Quis n. est, qui non libenter vel integros anni viius prouentus semel in vita sua numeret, vt deinceps, vita suppetet, eis fu-a-tur? Ergo, qui in sacerdotium aliquod venire vellet, hoc nexus in primis obligaretur. Ne autem aliquid fraudis admitteretur cōtribuendo, sacer-dotiorū omnium indices (Registra vocant) iussu loci ordinariorum scriberentur: & vel ad synodos ecclesiasticas, vel ad continentum vniuersorum perferrentur: eorumque sacerdotiorum & estimati-ones, per possidores legitime citatos fierent, ac in tabulas publicas referrentur, vt tandem secun-dum eas solutiones fierent. Lex etiam ponetur: vt qui falsæ & estimationis conuictus esset, is & periurus iudicaretur, & sacerdotio priuaretur. Ac ne tanta liberalitas sacerdotibus fraudi esset, violatores rerum sacerdotalium grauibus pœnis punientur: primum quinupli (loquimur enim exēpli causa) solutiōe, deinde decupli, postremo exilio. Ex bonis autem exulis solutio fieret iniuria passio: reliquum monti pietatis addiceretur. Si violator non tantum haberet rerum, vt ex eis damnum sarciri posset: hic ad præsidem loci de-latus, ipsius sumptu, & labore quæreretur: & vel in carcerem cōiiceretur vel seruituti eius q. dāno affectus sit, addiceretur, vel aliis pœnis subiucere-tur. Præses id non faciens, præfectura priuaretur, ac contra Rempub. fecisse iudicaretur. Quod si homines ecclesiastici, quibus immunitates legib. ac morib. nostris dare sunt, tāta liberalitate vteren-tur erga Rempub. quid tandem facere conuenit homines prophanos? quorum defensio Reipub. est propria, qui bonorum suorum certos habent heredes, qui priuilegiis nullis donati sunt à Rep. Certe cōtribuente vna parte, alias iactare aliquas libertates iniquum est: Omnes vehimur quasivna nauि Reipublicæ: ⁵¹ Vno membro corporis labo-rante, aliis vita iucunda esse requit, Hoste etiam, quem Deus auertat, grassante, eodem in pericu-lo sunt bona omnia, tum profanorum, tum sa-cris initiatorm.

Anglia ⁵² quid sāpe etiam ante nostram me-moriā circa ecclesiastica statuerit, si ordine hic recensere vellem, tempus deficeret: videatur que post alios omnes, de eo brevibus scripta extant apud Georg. Liliū, in Chronic. Reg. Angl.

In Italiæ ⁵³ recentissimum quod in oculis omni-um est: cum illa quæ sunt oculis subiecta pluri-mum moueant: adfero Serenissimorum Domini-norum nunquam satis laudatorum Veneterorum exemplum, quod, quia à Doctore quodam Theologo apostite satis defensum, eius iudicium hic ex Italico in latinam linguam translatum sub-iiceret libet quod ita fere habeat.

Literas tuas, Reverende Domine, legi, & mag-nopere miratus sum, quod quum alias, quæ a-pud vos noua occurrunt, prius mihi commu-nicare soleas, maxime vbi quid offertur, in quo iu-dicium meum exquiras, hoc præsentim tempore, quo in ciuitate vestra tātē oriūtur dissimilatioēs in tam arduis negotiis, quæ tanti sunt momenti, iti-mus extiteris eorum, qui me de istis rebus fece-runt certiorem. Et tamen non dubitas tanta ani-mi sollicitudine, quærere ex me, quid sentiam de-literis

literis Pontificiis publicatis contra Rempub. & de Protestationibus à Rep. factis, super nullitate & inualiditate earum, ad defendendum se, & sustinendum rationes partis sua.

Ego quanquam videbar mihi prospicere causam huius tarditatis tuæ, quam tribuebam difficultati materiæ, licet certo mihi persuadere non poteram, quis scrupulus turbaret animum tuum: tamen, ut tibi gratificer, excusabo te, propter extraordinarias occupationes tuas, quas allegas. Et, quum tibi omnia, quæ placent, vti soleo, præstare constituerim, spero etiam me illico, vt petis, satisfacturum desiderio tuo, præsertim quum me, per exactissimam considerationem, in quam hisce diebus exquisito studio propositam materiam deduxi, præparauerim. Dico igitur, (si bene adsequutus sum mentem tuam) quod scire ex mecupias.

An Censuræ publicatae, per sanctiss. Dom. nostrum Papam Paulum V. contra Venetos Dominos vestros (sint inualidæ ac nullæ, quales publico scripto ipsorum declarantur?) Et, si sunt nullæ; an possis in Ecclesia tua pergere, celebrando, & administrando sanctissima Sacra mentia, & exercendo omnia illa sacra & diuina ministeria, quæ exercebas ante publicationem dictatum Censuræ, citravllum aliquem conscientiæ scrupulum.

Quamobrem, vt ordine ac perspicue ad hæc quæsita tua respondeam, complectar omne id, quod in proposita materia dici potest, octo propositionibus, iuxta consuetudinem Theologorum: † Quorum doctrina, vti aliena debet esse ab omni ipe lucri, & adulatione; ita fundari debet in sacra & diuina scriptura, in sententiis & expositionibus sanctorum Patrum, vt ita sapiat omnipotentem vim Veritatis, & rationis, nemo que sit, qui, (nisi extreme proterius esse velit) contradicere audeat.

Prima Propositio.

Potestas, † quam habent Principes sacerulares, imo ipse summus Pontifex, tanquam Princeps sacerularis, in Rebus publ. & Provinciis, quas possident, a Deo immediate illis concessa est, citravllam exceptionem.

Ad intelligendam, & dilucidandam hanc propositionem, aduertendum est, quod dominium, & seruitus, Imperium Principis, & obedientia subditi, iure gentium introducta sint, quatuor modis: per Electionem, per Hereditatem, per Donationem, vel denique iure belli; ita vt omnes Principes, qui vnum quatuor horum modorum adepti, & per illam in thronum Principatus sui electi, & collocati sunt, veri, & legitimi sint Domini. Hi, inquam, sunt, qui à Deo habent auctoritatem, ac potestatem imperandi, condendi leges, exigendi tributum, iudicandi, puniendi subditos, sine villa exceptione.

Hanc doctrinam non profero ego, sed profert eam Diuus Paulus Apostolus in epistola ad Romanos capite 13, imo ipse Spiritus Sanctus, qui per os Pauli loquutus est, & penna ipsius scripsit. Verba illius sunt hæc: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi à Deo. Hunc locum exponens Ditus Ioann. Chrysostomus, dicit: Facit hoc Apostolus, vt ostendat, Christum leges suas non ad hoc induxisse, vt poli-

tias euertat, sed vt ad melius instituat: ostendens, quod ista omnibus imperentur, & Monachis, & Sacerdotibus, non solum secularibus, id quod statim in initio declarat; Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, etiamsi Apostolus sis, etiamsi Euangelista, etiamsi Propheta, siue tandem quisquis fueris. Neque tamen pietatem subuertit ista subiectio. Vnde & in veteri lege, licet habuerint Aaron summum Sacerdotem: nihilominus tamen in negotiis & causis secularibus, atq; in iudiciis subiecti fuerunt Moysi Principi suo munido, vti pulchre probat Couarruias pract. quæst. cap. 31. numero 3. & in primitiva ecclesia nulla fuit distinctio fori.

Quia Imperator Iustinianus primus extitit, qui 56 ad petitionem Episcopi Constantinopol. indulxit Ecclesiasticis, vt in causis ciuilibus iudicarentur à suo Prælato, ipso tamen non impedito. Quo casu: & in delictis criminalibus permitti t ut Ecclesiastici sint subiecti Principi, & ministris Principis secularis, vt expresse legitur in Imperatore Iustinian. nouell. Confirmit. 85.

Neque ex eo, quod Constantinus † Magnus 57 Imperator, quum ei insinuarentur processus aliquadiuersus personas ecclesiasticas, dicebat: Vos à nemine iudicari potestis, quia ad Dei iudicium reservamini, quemadmodū refert Gratian. in c. Futurem, 12. q. 1. inferri aut cocludi poterit, Ecclesiasticos non subiacere Principi seculari: Fuit enim excessus aliquis Imperatoris, benignum, & pium erga ecclesiam sese gerentis; non autem quod ita reuera senserit. Quippe quum, si id quod Constantinus dixit, simpliciter verum esset, nec ipsi Ecclesiastici possent iudicari à suis Prælatis, dum dicit, ad Dei iudicium reservamini, qui error esset grauissimus. Sunt igitur omnes Ecclesiastici & seculares, iure diuino, Principi seculari subiecti; Omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus subdita sit. Et ratio est; quia, sicut nemo exemptus est ab obedientia, quæ debetur Deo; ita nemo exemptus est ab obedientia, quæ debetur Principi. Siquidem vt subiungit Apostolus: Omnis potestas est à Deo. Vnde & Propheta David, Reges & Principes sacerulares Deos appellat: Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diuidicat. Ideoque, vt hoc ipsum explicat Rex Iosephat lib. 2. Paralip. cap. 19. iudices sacerulares, non hominum, sed Dei iudicia exercent. Huc ipsum locum, de Principibus sacerularib. loquentem, citat Christus in Euang. Ioan. cap. 10. confirmatq; illis competere nomen Deorum. † Si illos dixit Deos, ad 58 quos sermo Dei factus est: quemadmodū eruditte notat Cardinalis Bellarminus in lib. de Laicis. c. 3.

Pergit Apostolus, dicens: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Hic mihi perpède auctoritatem, quam habent Principes sacerulares, nimis, vt condant super omni negotio leges, quæ obligent omnes homines. † Quemadmodum etiam Deus ipse in Proverbiis Salomonis: Per me ait, Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Hinc est, quod Christianissimi Imperatores, Iustinianus & Theodosius in Codice suo plurimas leges condiderunt, pertinentes ad personas, bona, & disciplinam ecclesiasticam, sub tit. de Episc. & cler. de sacro. eccl. &c. Hisce legib. mandat Apostolus, vt obtemperetur, non resistatur.

Quia qui resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt, id est, committunt peccatum mortale, in quo si morientur, aeterno igni essent addiciti. Iubet preterea Apostolus, ut ab omnibus persolueratur Principi tributum, quod qui illud exoluit Principi, Deo soluat. Cui vestigal, vestigal, cui tributum, tributum. Sunt enim ministri Dei a tributa. Quem locum explicat Angelicus Doctor S. Thom. Aquin. omnium Theologorum primus, unicum Catholicæ Scholæ lumen, & Sol splendidiss. dicit: Quod si Clerici liberi, & immunes sint a tributis, habebant hoc, non, ut aliqui putant, de iure divino, sed ex privilegio Principum, & loquitur de Principiis secularibus.

Tandem concludo cum Diuo Paulo, de auctoritate Principis. Non enim sine causa gladiū portat; Dei enim minister est ad vindictam. Audis auctoratem Principis secularis? quæ constitit in puniendo pena sanguinis. Quam potestā est quā à Deo non habeant Prælati Ecclesiastici, Clericos maleficium committentes gradu saltem exuunt, & ad eum diutius gerendum inhabiles pronuntiant, nec ulterius progrediuntur: sed ut pena mortis adficiantur, tradunt illos brachio seculari. Et ne quis existinet, verba Apostoli tantum consiliū, non præcepti loco esse, ut mandatum stabiliat, subnequit: Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, a deo ut obstringamus in corde & conscientia nostra, obedire Principi seculari, in omnibus rebus, quarum supra facta est mentio, edocet ab Apostolo D. Paulo.

Secunda Propositio.

Christus Salvator noster, quanquam ut Filius Dei, æqualis Patri, est Rex regum, & Dominus dominantium: tamen, quam induisset mortale corpus nostrum, tam ante, quam post sanctissimam resurrectionem suam, non exercuit potestatem Principis temporalis: Sed habuit regnum, quale prædicat Petrus interroganti: num sit Rex? Tu dicas, inquit: sed adiuerte, quod, eram I Rex sum, tamen Regnum meum non est de hoc mundo, id est temporale. Ideoque, quum populus iste, que in per miraculū satiauerat quinque panibus, & duobus pisibus, velle ipsum creare Regem, aufugit, ne raperent, & facerent eum Regem. Neque voluit iudicare ullum. Quare quum rogarent aliqui, ut sententiam ferret luper causa inter se controuersa, respondet: Quis me constituit iudicem super vos?

Imo agnouit Pilatum, ministrum Cæsaris, suū iudicem. Non haberes, ait, in me potestatem, nisi tibi data esset desuper, quod notat S. Thom. in epist. ad Rom. Denique præcepit, ut tributum penderetur Principi seculari, hoc est Cæsari. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari.

Obliviunt aliqui huic propositioni nostræ, quæ esti tributum Christus persoluerit Cæsari pro se & Beato Petro: tamen dixerit se non obligari, ut soluat. Numquid si iidebent soluere tributum in quo commonstrauit auctoratem Principis secularis, qui à tributo immunis est. Huic dubio respondent quidam Doctorum; quod illi, qui in populo Iudeo ex Iudeis nati erant, nominabantur filii, nec obligati erant, ut tributum penderent;

Cumq; ipsum Christo & Petro patrocinari posset, non fuisse obstrictos. Alii dicunt, quod melius est, Christum voluisse subobscure indicare, sanctissimam suam Divinitatem, & iuhuere, quod tanquam Filius Dei nō tenebatur tributum pendere. Sed, quoniā, allegare banc rationem, nimis excelsum erat, & profundum Sacramentum, cuius omnino incapaes erant illi tributorum exactores, dixit: Sed ne scandalizentur, ubi apparet, quam sollicite Salvator cauerit, ne ministros saltet. Principis secularis scandalizaret, si opposuisset illis hanc exemptionem, veram illam quidem & realem, sed ab ipsis haud intellectam. Sunt porro, qui, ut contradicant propositioni nostræ mouent, quod Christus elecerit ementes & vendentes è templo. At fecit hoc tanquam Propheta per zelum, tunc & Euangelista adducit versum Davidis: Zelus dominus tuus comedit me. Alii mouent, quod, quando ablegauit discipulos suos, ut adducerent ipsi asiaam, pullumque eius, præcepit illis, ut dicerent, quia Dominus his opus habet, id est, Dominus totius mundi. Verum non potest intelligi hic locus, ut inde auctoritas Principis colligatur, sed bene, v. significetur, Dominum cœli & terræ nunc eo paupertatis redactum, ut iumenta ista cogatur commodato petere, ut explicant Doctores. Ratio est in promptu; quia si voluisset auctoratem Principis exercere, nō vtique dixisset, his opus habet, sed, quia Dominus ita præcipit, vel alio modo.

Postremo, qui hanc propositionem nostram haud ita facile probati posse autūmant, vniuersaliter dicunt, Christum, ubi per trium phum die palmarum ingrediebatur Hierosolymam, usurpasse sibi auctoratem Principis temporalis, ideoque allegare Euangelistam vaticinium Prophetæ: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & super pullum filium asinæ: Verum qui factum recte considerat, facile intellexerit, quod Salvator, etiamsi erat promissus ille Rex & Messias, tamen dum ingreditur Hierosolymam, tam vili, & abiecto modo, non usurpauerit auctoratem Principis secularis, imo potius demonstrauerit, suum Regnum (vti Pilato respödebat) non esse de hoc mundo, sed spirituale, & aeternum. Si quidem Reges mundum intrant longe alia pompa in ciuitates Regni sui, quam Christus, qui intravit Hierosolymam in summa paupertate, sedens super asinam, & pullum suum Asinæ.

Tertia Propositio.

Quandoquidem Dominus noster Iesus Christus non usurpauit sibi auctoratē Principis mundani, non debet dici, se hanc auctoratē reliquisse S. Petro, suisque successoribus, qui sunt sui Vicarii, maxime, tunc Vicarius non sit maior suo Principali. Quamobrem recte dicunt, Soto, lib. 4. sentent. ubi tractat hanc materiam, & Cardinalis Bellarmin. auctorit. Papa, se mirari, Canonistas, sine villa ratione, & auctoritate noui testamenti, usos fuisse adfirmare, quod Papa est Dominus totius orbis directe, in temporalibus. Doctrina mehercule scandalosa, & parum fundata.

Scio, quod aliqui, præter Canones, (qui, tanquam leges humanæ, quoties concurrunt cum diuinis, non possunt sotiri æqualem auctoratē) refe-

referunt S. Thom. Aquin. de Reginine Principum, cap. 10. & 19. vbi dicit, quod summus Pontifex est Dominus totius orbis in temporalib. & spiritualibus. Sed iste liber non est S. Thomæ, vt recte demonstrat Cardinal. Bellarmin. in lib. de potestate. P. p. Nam, præter alias certissimas coniecturas, hæc est, quod lib. 3. c. 20. facit mentionem successionis Adolphi Imperator post Rudolphum, & successoris Alberti, post Adolphum, quæ contigerunt anno 1292. hæc est prima, & secunda, anno 1299. & S. Thomas mortuus est anno 1274.

Adducunt præterea locum S. Thomæ, libro 2. sentent. dist. 44. vbi dicit: *Essē in summo Pontifice apicem vtriusque potestatis, temporalis & spiritualis.* Vérum qui textum recte legit, animaduertit, S. Thomam in contraria fuisse opinionem: Nam, quin dixisset, in rebus temporalibus potius obediendum esse Principi temporali, quam spirituali, & in rebus spiritualibus potius spirituali, quam temporali; Cōcludit, nisi esset summus Pontifex, qui, quoniam habeat in Proutice sibi subiectis variisque iurisdictionem, debet illi à subditis suis uno & altero modo & qualiter obtemperati.

¶ Deinde † ad labefactandam vith propositionis nostræ, dicunt aliqui, Alexand. VI. Papam distribuisse Indias Regib. Hispaniæ, & Portugalæ; quia ille, tanquam Vicarius Christi, earum erat naturalis P. incepit secularis. Item Leonē III. dedisse Imperium occidentis Carolo Magno ex hac ipsa ratione. At falluntur isti magnopere. Siquidem Alexander, non tanquam Dominus Indianorum, sed vt index compromissarius, ab ipsis Regib. electus, ad tollendā & extinguendam discordiā, inter eos corrām, per sententiam determinauit, vt maria in uicem distribuerent, & vt viuis classis per hoc, alterius per illud mare nauigaret, & quod quisq; ita sibi adquisitus esset, iure belli spectaret ad eum, qui acquisuerat iuxta diuisionē à se factā, uti memoria prodiderūt Historici illorum temporum.

De Leone III. verū est, q; quoniam à populo Romano sede pulsus, & fugatus, & à Carolo Magno restitutus esset, tantū efficerit, & adsequutus sit, vt populus eum vocaret Imperatore, sicut Platina refert. Quod factum modo tribuunt Historici populo Rom. qui quoniam videret, Imperium à Græcis male administrari, elegit iure antiquo, alium Imperatorem, modo dicunt; Carolum, qui propugnator ac dominus erat illius Reipub. comparasse sibi titulum ab Irene, & Nicephoro Imperatoriis; modo aiunt Irenem & Nicephorum consensisse, & acquiescisse in illa diuisione: in summa, quidquid sit, illud certum est, Papā, qui sede pulsus erat, & nihil quidquam possidebat, non dedis-

se Imperium Occidentis Carolo, † qui iam illud habebat, & iure belli Dominus istius erat. At neque illud certum est, Papā absolute ei contulisse titulum Imperatoris, maxime quoniam, & in hoc, & in aliis casibus, quicunq; adferri possunt aduersus hanc nostram propositionem, respondendum sit, Papam non habuisse auctoritatem in temporalib. à Christo, vt dictum est, & dicetur clarius in sequenti propositione; & si ea exercuit, aut fecit hoc ex consensu eorum, quorum intererat: aut, quia adhuc habet aliquam potestatem temporalem vno quatuor modorū supra relatorum: sed tamen hinc ideo non cōsequitur, quod directe habuerit

auctoritatem in temporalibus à Christo Salvatore nostro, vt raceam, quod multa fiant ab aliquibus, de quibus si inquiras, quo iure fiant, haud facile repeteris.

Quarta Propositio.

Auctoritas promissa S. Petro, à Christo Salvatore nostro, sub metaphora clavium, est mere spiritualis: Tibi, inquit, dabo claves regni cœlorū: non dicit, regni terrarum, idq; ipsum ratio docet, quæ in hymno Ecclesiæ expresa est: Non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia. Quia, quomodo regnum temporale & Monarchia gubernanda erat, iamdudum à principio mundi auctoritate magni Monarchæ totius universi, Dei, constitutum fuerat, ita vt Christo Salvator nostro non venirex instauranda Monarchia temporalis: instaurauit igitur spiritualem, quod manifeste patet ex 20. 6. D. Ioan. vbi, quū dixisset: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, dat eam Apostolis, & S. Petro, in omnem modum limitatam: Insefflavit in eos, & dixit: accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Vbi, & ex actu, quem Christus patet, & ex verbis, quæ pronunciat, perspicitur, auctoritatem summi Pontificis esse spiritualem, & super peccato, & super animis soli, secundum verba illius precatiois Ecclesiæ ad S. Petru, Qui beato Petro potestatem animas ligandi atq; soluendi tradidisti, quæ, vti dixi, limitata est. Imo auctoritas † excommunicandi data ipsi Petro, conditonalis est, Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, & Ecclesiam non audiuerit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. quo in loco Salvator dat auctoritatem excommunicandi. sed præsupposito peccato, & obstinato peccandi proposito.

Quinta Propositio.

Personas, & bona ecclesiastica nō sublatere potestati Principis secularis, eti quidam, nescio ex quo fundamento teneant, id esse iuris diuinis: contraria tamen opinio, videlicet quod sit saltem de iure humano, melior est, & conuenientior scripturæ, dictis sanctorum Patrum, & historiis.

Quoniam, præter id, quod diximus in prima propositione, Sacerdotes in vereri lege subiectos fuisse † Principi seculari, & Salomonem priuasse 68 Abiatar summo H̄breorum sacerdotio, quem admodum legitur in 3. lib. Reg. cap. 2. toto tempore primitiæ Ecclesiæ vlique ad Iustinianum Imper. non extat in iure priuilegium ullum exemptionis factæ Ecclesiasticis.

S. Paulus dixit, ad tribunal Cæsaristō, Cæsarem appello: † Et, vt præteream alia infinita exempla, legitur in vita Ottonis I. Imp. Christianiss. q; deposituerit auctoritate propria Ioannem XII. Papam, quia erat homo pessimus. Et, si illa exemptione propterea est de iure diuino, quod Papa Hadrianus I. voluit, Carolum Magnum habere potestatem eligendi Romani Pontificis, in capitule Hadrianus, quod & confirmauit Leo VIII. in fauorem Ottonis I. vti constat ex illa ipsa distinctione, que est 63. can. in Synodo. Hæc doctrina non tantum est Diui Pauli, vt deduxi in prima propositione, sed & S. Ioan. Chrysostomi, S. Thomas Aquinat.

Sotii,

Cap. XIII. Decontrariis

Sot. præstantissimi Theologi, lib. 4. Sentent. distin-
tio. 25. Couarruiæ, excellentissimi Canoni stæc.
31. præct quest. qui pro se adducit Innoc. III. Papam,
Alciat. Pet. de Ferrar. Medinam, & alios. Et hi duo
Doctor. Sotus & Couarruias, ideo magis hoc in
casu estimati debet, quod vterque scripsiter post
concilium Tridentinum. Et ipsorum demonstra-
tio maximam vim habet: Quia, præter auctorita-
tem affirmatiuam D. Pauli, S. Ioan. Chrysostomi,
& S. Thomæ, ac præter usum primitiæ ecclesiæ,
adducunt insuper duo argumenta maximi pôde-
ris: Nimirum, si Clerici, & bona ecclesiastica gau-
dient beneficio exemptionis de iure diuino, ubi-
nam scriptum extat eiusmodi ius in quo Euange-
lio, in qua epistola Apostolica, in quo libro noui-
testamenti, vel, ut amplius dicam, etiam Veteris?
Alterum argumentum est, quod nullus Princeps
secularis Christianus, cupidus tranquilli, & boni
status suæ Reipub. illud respicit aut obseruat, sed
permittit Ecclesiasticis talem exemptionem, que
sibi commoda videtur, que non videtur, non per-
mittit. Et quanquā aliqui Canonem accipiunt pro
lege humana: tamen, quantum percipitur ex do-
ctrina primæ propositionis nostræ, debet accipi
priuilegium Principis, vel cœsuetudo ab ipso dis-
simulata, vel canon receptus, qui neutiquam est
supra ius diuinum: adeo, vt nesciam, quomodo
Principi seculari, habenti imperiū in omnes suos
subditos, potest hæc, vel minui, vel auferri pos-
sit à Canone, qui ius humanum est, per vulgatam
regulam Legistarum, quod, quotiescumque con-
currunt duo iura, minus debet cedere maiori.

Sexta Propositio.

Quotiescumque Princeps Venetiarum, legiti-
mus & naturalis Dominus suæ Reipub. qui, præ-
ter Deum, nullum unquam agnouit superiorem in
temporalibus, leges condit super bonis Ecclesi-
sticis, que suo Dominio subiacent, & animaduer-
tit in personas ecclesiasticas grauter atque atro-
citer delinqüentes, ac disponit super bonis nondū
spectantib. ad Ecclesiasticor., pro auctoritate, quā
immediate à Deo habet, qua nunquam spoliatus
est, aut se abdicavit, vel per priuilegiū concessum,
vel per Canonem receptum, sed est in possessione
illius iuris, per immemorialem consuetudinem,
non tantum plurimorum annorum, sed & sacer-
torum, neutiquam peccat. Ratio est; quia, Qui nō
facit contra aliquam legem, nō peccat, minus de-
bet dici peccare, qui obseruat legem, & quod magis est,
qui retinet quod suum est, non peccat, ne-
que debet cogi, vt sequatur opinionem eorū, qui
putant, exemptionem esse de iure diuino. Liberū
enim unicus Christiano est, quam velit op-
inionem cœsæctari, modo sit Catholica. Imo sequi
opinionem rationabilem alicuius Doctoris, con-
tra vulgaram, non est peccatum, vt recte probat
Nauarrus in suis prælud. Non igitur erit peccatum,
sequi doctrinam Pauli, ac tot, tantorumque insigni-
gium Doctorum, allegatorum in prima & quinta
propositione. Nam profecto, vt verum fatear,
non possum excusare illos, qui tenent exemptionem
Ecclesiasticam esse de iure diuino, quum
mihi modo videantur. vel parum fundati, vel pa-
rum perspicaces, modo vel nimis periclitantes,
vel nimis adulantes.

Septima Propositio.

Quandoquidem igitur sereniss. Respub. Vene-
ta non est culpæ rea, neque peccatum ullum ad-
mitit, faciendo quod præcedenti propositione
est expressum, si propterea excommunicatur à sum-
mo Pontifice Paulo V. si locis sacris ipsi interdic-
tur, &c. sententia eius est nulla: non tantum de iu-
re positivo, quia non obseruatus est legitimus or-
do, præscriptus in Canone de sent. excomm. in 6. vt in
Manifesto est deductum, sed etiam de iure diuino.
Quia auctoritas excommunicandi est cōditiona-
lis: Si peccauerit in te frater tuus, adeo vt, vbi pec-
catum non est, non habeat locum excommunicatio-
& sententia fulminata aduersus eum, qui pec-
catum non admisit, sit nulla, ex defectu materiæ.
Neq; existat aliquis adeo inops mentis, qui existi-
met, quod, etiamsi inclita Respub. vti probatum
est, criminè & culpa vacet, neque peccet, retinen-
do quod suū est, peccet nihilominus, non obtem-
perando Pontifici, & in opinione sua persistendo.
Constantia enim & perseveratia in bona opinio-
ne, non est pertinacia, & qui peccato caret, nō do-
bet dici inobediens vel obstinatus. Etenim qui
obseruat legem, facit opus sanctissimum, & merito-
rium, quique non præstat obsequium in illis re-
bus, que sibi mandari non possunt, peccati notam
euadit.

Octava Propositio.

Dicit quidem S. Gregor. Papa, Sententiam Pa-
storis iustum, siue iniustum timendam. † Sed nihil
hoc facit ad præsentem casum: Siquidem lōga est
differentia inter sententiam Iudicis ecclesiastici
iniustum, & nullam: quemadmodum eruditæ doc-
cuerunt Nauarrus de censuris ecclesiæ, & Sotus 4. sen-
tent. dist. 22. & quod iniusta sit timenda, nulla vero,
nō obseruanda. Quamobrem, quum censuræ pu-
blicatæ à summo Pontifice Paulo V. vt supra de-
monstratū est, nullæ sint: quia sunt instar scripture
formatæ in aqua, vel aere, hoc est sine fundamen-
to, & sine materia, existimo, quod non debatis
illas obseruare, nec innouare quidquam in ecclæ-
sia vestra. Nā, licet Nauarrus loco citato, vbi tra-
Etat de excommunicatione inualida, & nulla, di-
cat: Sententiam (intellige Iudicis ecclesiastici) in-
ualidam, seu nullam nihil aliud operari in foro in-
teriori, siue exteriori, quam quod obligat excom-
municatum ad seruandum eam, quoad Populus
sibi persuadeat, vel persuadere debeat causas nulli-
tatis, propter scandalū: tamen hæc doctrinæ val-
de pro me facit: Quia constat satis populo Vene-
to de causa nullitatis, & si forte alicui non consta-
ret, debuisse fane manifesta fieri per illud, quod
in edito suo sereniss. Princeps omnibus notū fe-
cit, adeo, vt non tantum scandalum ullum metu-
endum non sit, verum etiam, vt non videam, quo-
modo excusari possint aliqui religiosi, qui siue ex
errore ignorantia, siue ex alio sinistro affectu, ma-
luerūt ciuitate exire, quā persistere in celebratio-
ne & administratione Sacramentorū, sicut ob Reli-
gionem, & Republic. b onum Princeps mandu-
rerat. Quo facto scandalum præbuerunt omnib.
Siquidem ipsi sibi fuerunt lex, nolueruntq; imi-
tari exemplum Ecclesiæ cathedralis, omniumq;
aliarum antiquissimarum & sanctissimarum Reli-
gionum, & Parochiarum: Quibus, dicam cum
Christo,

Christo, expediret, ut susvideretur molæ asinariæ in colla eorum, ut non scandalizarent pusilios istos. Præterquā quod, defendere libertatē Principis sui naturalis, qui tuerit & conseruet pacem in populo, libertatem & religionem, est de iure Naturæ, hoc est diuino, & sententia ecclesiastica sunt de iure positivo, quod illic edere debet, maxime quando constat de nullitate. Vnde falluntur isti, qui existimant, hanc controvèrsiam esse de fide, quum saltem sit de moribus, & si quid expressum est in sacris literis, ex quibus metimur negotium fidei, est profecto opinio sereniss. Reipub. manifeste tradita à Diuo Paulo: Quapropter, Domine mi, pergitō strenue celebrare, comunicare, & exercere omnia officia, quæ exercebas in ecclesia tua ante publicationem: non ideo saltem, quod hæc, uti scribis, animo tuo stet sententia, verum etiam, ut enites scandalum, non modo, quia sententia nulla minime est obseruanda, cum constat de nullitate, sed etiam ne sine villa probabili ratione separe te, à capite tuo. quod est Princeps in controvèrsiis iurisdictionis. Imo existimo, per hanc ipsam rationem, illum, qui nō audiebat Missam, ad minimum die festo, peccatum admittere. Nam intermitit eam sine villa legitima causa, quū vbiq; celebretur, & sententia nulla sit. Noli agnoscere timorem, vbi timor non est: noli trepidare vbi nō est tremor, noli committere, ut dicatur de te, qui Principi tuo, & sereniss. R. ipub. semper fideli extixisti, filii matris meæ pugnauerunt contra me, sed adnitere in plebe præceptum Apostolicum: Omnis anima potestatisbus sublimioribus subdita sit, non solum propter iram, sed etiā propter conscientiam. Hoc dico, non quod de constantia tua dubitem. Scio enim, & audeo mihi polliceri, tam de te, quam de omnibus aliis ciuitatis vestræ, quod vitam & sanguinem pro vestro Principe profundere non recusevis, sed vt iustitia causæ, quæ tibi quidem cognita est, magis magisque inclarescat per hoc meum responsum. Sub fine illud etiam monere volui, Dominos vestros Venetos, quanquam sub pena vita mandauerint, Religiosi omnia tempora aperta teneant, factisque ministeriis vacent, id metu non fecisse, quasi illi, qui bene adficiunt, quique sciunt & sequuntur veram doctrinam, cuiusmodi fere omnes sunt, aliter facere deberent, quam fecerant in celebrandis & exercendis omnibus diuinis ministeriis, sed ne ex vano metu prætermitterentur ab aliquibus exercitiis in illa ciuitate, quæ semper fuit catholica, neq; vñquam magis id professa est, quam hoc ipso tempore. Vnde nec cōmittere vult, vt in exercitiis pietatis villa existat mutatio, vel vt intermissio ipsorum quibusdam det occasionem præcipitandi; Cui malo remedium quære, propter interest Ecclesiaz, Princeps tenetur, omnib. missis, quibus de iure diuino fieri potest.

Multas alias auctoritates & rationes potuisse adducere, quas propter festinationem, & studium breuitatis, omitto, reseruans mihi facultatem fuisse de hac materia scribendi in peculiari libro, quem statim edam in lingua latina, de suprema auctoritate Principis secularis. Interim moneo, vt legas doctrinam fundatissimi Doctoris Nauiari, qui in omnibus quæ dicta sunt, pro nobis facit, maxime in c. Nouit. de iudic. notab. 3. & in Ma-

nual. c. 27. de censuris. Et, ut omne periculum effugias, recipe te in securissimum portum huius notabilis doctrinæ, quod omnes ecclesiastici, si gaudent villa exemptione, gaudent ea, non de iure diuino, sed ex priuilegio Principum, qui possunt retractare, minuere, & dilatare dicta priuilegia pro suo libitu, quotiescumque id ex vsu atque vulnate Reipubl. futurum prospicitunt, haud aliter quam summus Pōtīfex facit super priuilegiis indulgentiarum, allarumque rerum dependentium ex auctoritate sua spirituali, quæ modo annihilat, modo imminuit, modo auget pro placito. Et quoniā doctrina, quam retuli, non est mea, sed omnino magni momenti, deprompta ex libris Sanctorum & catholicorum Doctorum, non adferam nunc plura pro confirmatione eius. Dominus noster te consoletur.

F I N I S.

Conueniunt † hisce quæ notant sequentes:

Primo author in defensore Pacis, ad Ludouic. 72
Cæs. ex Bauarorum familia, ante annos 500. conscripto.

Secundo author de iure Imperatoris in approbandis Rom. Pontif.

Tertio author commonefactionis de fine Iurisconsulti.

Quarto author libri verisimilium Theologor. Iuridic. & Polit. hoc anno editi.

C A P. X III L

De Remediis, seu Actionibus Iudicium, & Partium.

S V M M A R I A.

- 1 Mandata in Camera ratione brachij impetrantur: Et an illa cum, vel sine clausula decernantur.
- 2 An illa mandata sub pena banni, vel pecuniaria emanare soleant.
- 3 Si iudices non obediunt prius benignatione brachij monendi. Et quomodo hoc accipendum, numer. 4. Alij dictam opinionem improbant. n. 5. & n. 12.
- 6 Iudex secularis non obediens, an ipso iure sit excommunicatus.
- 7 Excommunicatione dupliciter contingit, vel à iudice, vel ipso iure. Et quid differant. n. 11. (deueniatur.
- 8 Ad excommunicationem, quæ per hominem sit, quomodo
- 9 Legatus à latere quando absoluat excommunicatum?
- 10 Excommunicatione à iure quæ sit? (titur.
- 13 Pena nō impariens brachij arbitrio iudicis cōmitetur.
- 14 Animaduersionis appellatione quæ veniant.
- 15 Ecclesiasticus iudex, an & quomodo cogatur. & n. 17. Proscriptum in Gallia. n. 16. (puniatur.
- 18 Temere accusans iudice de denegato brachij auxilio.
- 19 Remedia quæ contra priuates competant.

V T in omnibus aliis, ita & hic remedia apta suscipienda sunt, quibus res debita ratione in actu perducatur. Et quia in modū executionis hęc petuntur, illud certum est, mandata executorialia hic locū sibi sumere; & si Camera adeatur, ibidem illa impetrari, vt testis est Gail. obs. 15. n. 9. quæ sequitur Frider. c. 65. nu. 3. lib. 2. de mandat. † An autem cum, an sine clausula decernantur, questionis est? Pro re subiecta, ego cum, vel sine clausula decerni posse cōpertum habeo. Sine clausula mandatorū exempla extant in causa Wormsb contra Stouden, 5. Febr. anno 91. Item Theumen contra Ruhr. 15. Augusti, anno 1591.

Ali-

Aliquando tamen mandata executorialia sine clausula decreta, etiam in causa matrimonii, à iudice & officiali Monasteriensi sententia lata 17. Augusti, Anno 91. in causa Ann e von der Ruer / contra Binsfeld von Trunen zum Bensfeld / Gail. obs. 115. & lib. 2. de pace publ. ca. 2.c. 13. & 17. num. 3. 4. Item in causa Vl rici Weissen Caplan S Cathari- n. & Altars zu Speier / in S Peters R rchen / con- tra Rudolffen von Zwischen / & Consorten, s. Se- ptembr. Anno 72. Et in causa Lucia Bichelberges- rini cōtra Abraham Kerckē Apoteckern zu Frank- furt / 19. April. an. 1592. Decit. Cam. in verb. brachii.

2. Sed hic & illa quæstio incidit, † An hæc man- data sub pena pecuniaria, an banni decernantur? quod ita Gail. d. loc. n. 3. declarat; In Camera, quan- do iudex ecclæsiasticus implorat brachium læcu- lare, hoc est, Cæsar, contra partem viæ & con- rumacem, mādata executorialia sine clausula, sub pecuniaria, raro bâni pena decernuntur, propter annexam citationem ad docendum de partitione: sequitur Frider. d. loco.

Sed quid si nolit iudex sæculatis mandata illa 3. impari? † sunt qui prius benigne procedi debe- re existimant. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. can. c. 154. nu. 9. vers. in hac. qui putat id ob inere in supremis iudicibus, quos propterea, nō per modum iussionis, ac sub pena censuræ cogēdos ad eorum auxilium præstandum, sed bene, beni- gne, & honorificis precibus ad id exhortandos es- se. Idque in H. spania quandoque receptum testa- tur ex Segur. in loco per eum relato. Alii tamen dicunt, quod hoc respicit requisitionem, & illius modum, quo uti debet ecclæsiasticus iudex, quan- do à supremis iudicibus implorat auxilium bra- chii sæculatis. † Dubitandum enim non esse, quin antequam deueniatur ad coactionem, & commi- nationem penarum, præcedere debeant literæ requisitoriae, prout aduersit Hier. Giacch. in addit. ad Clarum in pract. crim. § fin 37. vers. penult. litera C. in fine additionis. Quod autem si requisitus iudex recusat suum brachium præstare, tunc, quod sub pena prædictis quicunque iudex, etiam supre- mus, possit iuberi, & cogi ad illud præstandum, & iura indistincte loquentia, sunt, ut præfertur, cla- ra, & Doctores cōmuniter admittunt, nec illa ra- tio potest contrarium suadere. Imo si aliter dice- remus, sequeretur, quod supremi iudices possent recusare ad eorum libitum brachium sæculare ecclæsiastico iudicii impari, quod omnino & absurdissimum est, & contra iuræ præcitatæ, pro- ut bene aduersit idem Lopez d. nu. 9. in princ. Fari- nacius d. l. num. 82.

5. Reiecit. † itaq; priori, alii hanc rem sic decidūt; Iudicem sæcularem, si auxilium petitum deneget, excommunicati posse, id que explorati juris esse, per text. in c. 3. de offi. iud. ordin. glo. ibid. in verb. publicū. Panorm. similiter, nu. 5. & 11. & communiter Ca- nonist. tex in c. statuimus, §. fin. de maledic. & tex. not. in l. 2. C. de his qui latron. vel alii criminibus reos occul- tant. pulchre Old. trad. conf. 8. 9 per totum, incipit Epi- scopus inuocat. Aff. & t. in conf. Sicil. ad proœm. num. 5. 4. cum seq. Marant d. spes 1. num. 26. Gail. obser. 115. nu. 1. Mich. Agia conclus. 7. Prosper Fatin. q. 97. num. 82. per plures authori ates post Alciat. in cap. pernicio- san de offi. ord. & Grauat. ad Vestr. in prax. lib. 8. c. fin. Communiter receptum esse testatur Soarez in

thes. com. opin. liter. E. nu. 21. accedunt notat. Marant. in disput. 1. sub num. 8. Mynsing. conf. 6. nu. 5. centur. 1. Grau. concl. 115. num. 4.

An autem ipso iure † sit excommunicatus sæ- cularis iudex, vide Bellamer. in c. 1. num. 3. vers. quia, & num. 4. vers. & excommunicandi. Ut autem à iudi- cibus hoc rectius percipiatur, efficaciaque eius dignoscatur, sciendum; Dupliciter contingere ex- communicationem, vel ab homine, vel à iure, quod, quam efficaciam habeat, quia præter cæ- teros notanter prosecutus est Nicolaus Mongor- gius, in Codice, de Mosaiso, & veteri iure enucleand. fu- tu. mihi 227. quæ hic (maxime cum superiora fe- re omnia rite explicent, & modum exequēdi, per brachium sæculare præscribant) adiiciend. duxi. Quartus (inquit) est modus, quando vinculo ma- jorioris excommunicationis quis subiicitur, quæ est propria excommunicatio, dupliciter & cōtingens; 7 aut ab homine, aut à iure: ab homine excommuni- catio est, quando cōpetens ecclesiast. iudex, per solemnum quandam modum profert, quæ propterea anathema dicitur, consueta proferri, adhibito sono campanæ, & candelarum iolemni- tate; ad hoc, vt tunc eo populo magis innotescat totius criminis, & facti qualitas, occasione enor- mioris delicti, quam in alia, maiori tamen excom- municatione, quæ non dicitur anathema, quam Octavianus Vestrius in p̄ixi sua, sic exhiberi con- tueuisse describit: † Reus monetur in executoria- libus ad omnes iudices directis, vt quotiescumq; pto instantiis à Parte fuerint requisiti, infra 6. die- rum spatum, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & duos pro tertio peremptorio termino eis assignat, debeat conuentum reum, Apostoli- ca auctoritate, monuisse, quatenus infra triginta dierum spatum, post huiusmodi monitionem, quorum decem pro primo, decem pro secundo, & decem pro tertio peremptorio termino, ac monitione canonica præfigit, debeat omnibus ac singulis, in sententia contentis, patere; quo elapsō termino, si supradictis patere tecisauerit, præci- pit, vt eundem publice denunciaret excommuni- catum: & si excommunicationem ipsam institue- rit: per decem dies eadem censura reiteratur, & aggrauatur, solemniter compulsatis campanis, ex- tintatis candelis, in maledictionisque signum, in terra proiectis; si vero per alios decem dies præ- dicta sustinuerit reus, tunc aggrauatur censura, nec non omnibus Christi fidelibus, familiaribus, consanguineis, affinibus, seruientibusque, cum prædicto excommunicato, sub eisdem censuris, & penis interdicunt commercium. At si huius- modi grauamen ulterius per alios decem dies su- stinuerit, tunc omnes & singulas ciuitates, castra, oppida, villas, & loca ecclæsiastica, collegia, ecclæ- sias, nec non omnes, sub quibus, & ad quas iidem sic præmoniti degint, & peruenient, quādū ibi fuerint, ecclæsiastico supponantur iudicatio: si vero huiusmodi interdictum sustinuerit idem reus, tunc inuocatur brachii sæculatis auxilium, ut post hæc capiantur mobilia, deinde immobilia: ultimo loco deueniatur ad iura & nomina. † Exco- municatio à iure ea vero est, in quam absque ullo hominis facto incidimus, vt quoties ipso iure ca- non facit executionem, per verba videlicet præ- teriti temporis, vt nuper est dictum, quo casu ab- solutio-

solutio spectat ad summum Pontificem, ex ea vulgaris regula; nihil tam naturale est, quam unum quodque eo iure dissoluere quo colligatum est, nisi in mortis articulo, t̄ propterea legatus à latere, habens amplissimas in omnem casum dispensandi facultates, cōsequitur facultatem absoluendi eum, qui iniicerit manum in clericos, & incidet in canonem latę sententię: absoluendi vero ius excommunicatum nominatum, à Papa minime consequitur, ex quavis generali concessa facultate, nisi specialiter sibi concedatur, insuperq; differentia excommunicationis à iure, & ab homine ea fuit ratio, quia si aduersus beneficium clericum t̄ proferatur ab homine, statim & immediate, post ipsam excommunicationem prolatam, beneficia vacat; sed si proferatur à iure: quāuis semper vigeat in viridi obseruantia, nihilominus tamen adhuc requiritur declaratoria sententia, ac à possessione beneficii amotio, quo sit, ut post crimen commissum, idem clericus possit interim renūciare, cui velit in favorem, si regulariter modus in curia renunciādi fuerit in vlo, &c.

Nonnulli vero hac pœna non sunt contenti, Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 15. nū. 20. & num. 29, vbi addit, quod adhuc: si iudex sacerdotalis denegauerit ecclesiastico iudici suum auxiliū: possit vltra t̄ censuras ab eodem ecclesiastico iudice pro modo culpæ arbitaria pœna plecti, ex Salyc. in loco per eum citato. Quibus impari tamen ratione, conueniunt. Ceteri qui iudicis t̄ arbitrio simpliciter id cōmittunt. Menoch. de arbit. cas. 452. quod & innuit in simili Wesenbec. conf. 9. 6. num. 24. quomodo animaduertendum, vbi nota animaduersionis appellatione, præter ex communicationem, etiā alias pœnas venire, t̄ notante pulchre Petr. Molignato de appellat. verb. sig. fol. 14. & hæc de sacerdotali. Sed quid si nolit. Iudex ecclesiasticus exequi, inuocatus & requisitus, t̄ quo remedio sacerdotalis vteret? Id notat Agia d. cond. 7. hisse verbis: Ecclesiasticus compellere potest sacerdotalē censurā, ad exhibendum sibi auxilium c. 2. de maled. at vero sacerdotalis compellere non potest ecclesiasticum: sed eius superiorē adire tenetur, atque ab eo humiliter petere, vt Iudicem ecclesiasticum inferiorem cogat ad præstandum sibi auxilium pro sua sententia executione, secundum Innocent. Panorm. & Alciatum nn. 26. & nn. 123. in c. 1. de offic. ord.

Rebuff. hanc rem ita compleatitur, in tractat. de lit. revisor. glo. 3. n. 8. Secularis vero non coget ecclesiasticum cap. 2. de except. Henric. in c. 1. de raptor. Fab. & Cyn. in authent. que in prouincia, Cod. vbi de erim. agi. oport. Bellamera, & Iacob. de Bellouistu, in d. s. contrahentes. quest. 3. de foro competent. & ista opinio est tutior, & melior. Vidi tamen quandoque in hoc regno iudices Regios compellere clericos, capiendo t̄ temporalitatem, quam vocant, spestantes ad Iudicem ecclesiasticum, sub manu Regia, donec fecerit, que mandat dictus sacerdotalis, Alciatus sic hoc determinat in cap. 1. de officio ordin. numero 123. Quod yero ad Iudicem sacerdotalē, licet Innoc. dicat, quod non possit compellere ecclesiasticum, intellige istud esse verum, ex sui persona, sed bene poterit recurrere ad superiorē ipsius ecclesiastici, t̄ puta Archiepiscopum, qui coget Episcopum, vt illi det auxilium d. cap. final.

de except. in 6. & argum. §. 1. in authent. vt different. iud. & quod notat Bartolus in d. l. à diuo Pio. §. 1. in 4. quest. & per Butr. in cap. postul. asti. de foro competen. Et ita intelligo quod notat Bald. in cap. licet vndique, ita vlt. colum. supr. tit. 2. vbi dicit, quod Episcopus tenet obediē literis potestatis ei seruientis, & habentis temporalem iurisdictionem, quia hoc facit auctoritate legis, aliter superior eius eum puniet, allegat gloss. in l. ex ea in gloss. final. ff. de postulat. &c.

Non tamen temere implorabunt hæc remedia pœnalia, nisi bene sint instructi de facto iudices. Nam, vt Montaluu docet; querelans de iudice iniuste, patietur talem pœnam, t̄ qualē in dex. si verum esset, allegat Bartol. in l. seruo inuitio. §. cum Prator. ff. ad Trebellianum. Et licet Bartol. ibi non dicat, tenet Paris de Puteo in dicto tractat. in parte syndicatorum folio 25. vbi tenet, quod in syndicatu non debent calumniari, & vexari contra honorem, & dignitatem suam, & prouidere, quod quis non frustretur friuolis petitionibus, vel ineptis, & calumniosis, & quod debeat reiici tales conuictantes officialibus in fine sui officii, & eos puniri: quod nota: verba sunt Aulis in cap. Pratorum 1. in verbo, Donation. n. 4. fol. 68.

Et tantum de Remediis t̄ contra magistratum competentibus; supereft, vt addamus remedia, quibus illi contra priuatos litigantes vtuntur, quam rem verbis Alciati explicare liber, d. loc. nū. 122. Quæstio est, inquit, quo genere auxilii debeat alter alterum iuuare. Et Abbas hic sentit, quod Episcopus debeat adiuuare sacerdotem, per viam excommunicationis: sacerdotalis vero adiuuabit Episcopum, per banna, & relegationes. Tu aduerte, quia cum per implorationem talis auxilii, videatur negotium fieri de foro adiuuantis, non debet iste adiuuans grauiori remedio vti, quam ipse in foro suo esset vſurus. Et propterea Episcopus non excommunicabit, nisi prius cognito, an inobedientia rei sit anima præjudiciale, vt per Gemin. in d. c. final. & an tale sit delictum, quod illam pœnam mereatur. Et eodem modo non procedet ad excommunicationem, nisi præmissa monitione, de qua in d. c. nouit, per Baldum & Doctor. hic: Idem est dicendum ex parte sacerdotalis, prout est aliquis aduersus Episcopum contumax: nam propter hoc sacerdotalis ad petitionem Episcopi cum relegabit, seu concedet familiam Episcopo, vt mitrat in possessionem ex primo decreto, vt est de mente Doct. in d. l. magistratibus.

C A P. X V.

De Expensis.

S V M M A R I A.

- 1 Expensis, in materia remissionis, in criminalibus, facit iudex.
- 2 Expensis quando partes in remissionibus faciant.
- 3 Executoriales pars vincens suis sumptibus in Camera impetrat.
- 4 Panperibus quis subministret expensis.
An partes: disputatur num. 5.
Quando iudex. num. 6.
Et quod iudex eas repetat, etiam si ab officio remotus fuerit. num. 7.

8 *Expensas quomodo in Camera Partes exponant, & reposcant.*

CVM plurimæ soleant fieri in imploratione
hac expensæ, quæritur vnde ea sumenda? Et
quidem prima facie videbatur Iudicē petentem
eas præstatæ debere, exemplo remissionis in cri-
minibus, quæ sit expensis iudicis petentis. † Ita
per l. si culpa, ff. de rei vend. & l. si hereditas. §. 1. ad ex-
hib. Rebuff. de liter. rogatoriis. §. 11. tit. requisi. num. 12.
Aut (ut alii volunt) nempe Ioan. Faber. in l. vnic. de
off. procons. & leg. partem impetrantem eas exponere
debere per Bald. in c. nonnulli. col. 3. de rescri. lal. in l. à
diuino Pio. §. sententia. col. 2. ff. de re iud. rursus idem Bald.
in c. 1. si Index. de pace tenenda. & Matth. de Afflict. in
confit. Neapol. lib. 1. rubr. 41. n. 13. qui similiter in ea
sunt sententia, ut opinentur, has expensas expen-
dendas esse ab ipso accusatore, si is remissionem
petierit, vel eo petente, fuerit à Iudice loci delicti
postulata: alioqui ab ipso Iudice publico ex æra-
rio præstandas, qui remissionem petit. Primum
deducitur ex argumento l. cum sape. C. de erogat. mi-
lit. anno. vltimum ex l. mulier inops. ff. de capitu. & hæc
iure communi, &c. Couarr. pract. quest. c. II. num. 15.
Eamque opinionem tenet Caratuita. super rit. mag.
cur. rit. 235. num. 13. Sic & videmus partem impe-
trantem in Commissionibus facere expensas, &
eas postmodum repetere per taxam iudicis. Et
hæc in remissione & commissione.

Ego tamen hæc in re brachii implorationem
concernente, quia non in omnibus, quoad hæc,
remissionis materia hic contenit, sic distinguen-
dum sentio, quod aut Magistratus, aut Pars bra-
chium impetrat: Si magistratus, sumptus hosce-
am facere, sed tamen à partibus repetere: Magis-
tratus enim hic suum officium impartitur ad par-
tium inuocationem: vt ergo pars vincens tenetur
3 impetrare executoriales † & pro iis sportulas sol-
uere, quod quotidie fieri in Camera Imperiali vi-
demus; idem quoque hic statuendum: cum hæc
res succedat executioni. Quod tamen eatenus ve-
4 tum dixerim, nisi partes essent pauperes: † tunc e-
nim Iudex, vel ex suo expensas faciet, vel partem,
contra quam, vt eas faciat, interpellabit, vt in ma-
teria remissionis d. loco notauit Farinac. n. 39. in fin.
authoritate Boer. Carauit. Couarr. & Alsin. † Nam
diuites pauperibus tenetur subministrare expen-
sas, per tradita Paridis de Puteo, de syndicat. in verb.
expensa. Coler. de processib. executiu. 1. part. c. 2. nu. 95.
Idque maxime locum habet, cum petitio hæreditatis
instituta est, l. si instituta 27. de inoffic. testam. l. 2.
C. de Carbon. edit. Confirmantur prædicta ex tradi-

tis Adamantii Dionysii. in tractat. de diuision. act. c. 4.
Sed quia hoc indifferenter non obtinet, obstante
quod in Camera Imperiali, regularitet, in hoc
puncto id non obseruetur: quod & iuri cōsonum
est. l. Imperatores. 17. ff. de tutel. & ration. distr. vbi lu-
ris consultus pupillo, petenti expensas litis à tuto-
ribus, contra quos agebat, responderet, Impetato-
res rescripsisse: Non habet rationem postulatio-
tua, voletatis in sumptum litis tibi pecuniam sub-
ministrari. Ex quo regulatiter notat Bal. ibi: quod
nemo teneatur aduersario suo, contra seipsum,
suppeditare sumptus litis. Et est etiam de mente
Bartoli, dum ibi respondet ad iura supra in cōtra-
rium adducta: & sequitur Aretin. in c. si qui testium,
de testibus, & ibi Felin. vbi pro hoc ponderat tex. in
l. si procuratorem. §. si ignoranter ff. mandati, & tenuit
etiam Boer. in decis. 303. num. 4. qui ait, se non vidis-
se seruari id, quod Angel. in supradicto loco asse-
rit. Ioan. Lupus in c. per vestras §. 39. num. 3. de donat.
inter virum & vxor. Matth. de Afflict. in confit. Ne-
opolitan. lib. 1. rubr. 33. incip. lege præsenti. num. 7. Hart-
man. Pistor. quest. 10. nu. 2. lib. 1. & Rebuff. in tit. de
Inquisitor. seu commiss. art. 9. nu. 3. hæc ego notaui, in
tract. de commissionib. lib. 6. part. 1. c. 13. num. 2. Idcirco
Iudex † sape ex suo, pro re nata, & circumstantiis 6
rerum & personarum, subministrat. Quod tamen
ita intelligendum, vt cum iam per executionem,
quod petiere, obtinuerunt, ex iis reddere debe-
ant: quod exemplo demonstrauit loc. nu. 11. † Idque 7
non solum cū est in officio, sed etiam cum est de-
positus. Nā in simili notatur ab Auila. in c. 33. Pra-
tor. in verbo Oenotramana. Quod si Iudex de suo
impedit in his operibus, possit recuperare à ci-
uitate, licet sit remotus ab officio, vel expirauit
officium eius: quia licet quis remoueat ab actu,
non tamen perdit iura, quæ quæsivit medio tem-
pore, vt tenet Bald. in l. à tutela. ff. de contrar. tutel. act.
loquendo in rectoribus ecclesiarum, qui de suo
impenderunt, & sunt remoti, quod recuperant
ab Ecclesia: quod nota, & idem Bald. in c. à capu-
la. de vita & honest. cleric. nu. 2. per d. l. à tutela remossus.
idem tenet. Et facit in simili l. 20. tit. 16. part. 6. &
Abb. in c. cum pro causa. de procurat. num. 1. & 6. quæ
dixi infra c. 5. 4. in gl. ha he hacer, quasi in fin. & in c. 3.
in gloss. iurisdiction. num. 31.

Si vero pars ipsa impetrat brachium: iterum
distinguendum, an diues sit vel pauper? † Si pau-
per, gratis obtinebit in Camera: Si diues, ex suo
expensas faciet, & facta executione, eas ex-
hibe desigatione, in Camera
efflagitabit.

EXPLICIT.

VNI ET TRINO DEO GLORIA.

IN

I N D E X
R E R V M A C M A T E -
R I A R V M
T R A C T A T V S D E I N V O C A -
T I O N E B R A C H I I S Ä C V L A R I S ,
D N . R U T G E R I R U L A N D I L . C .

Locuples & absolutus.

Cuius primus numerus Caput, alter marginalem
numerum denotat.

A.

- A**bbates regali prouisione electi. 1.52
Accusans temere iudicem de negato brachii auxilio
punitur. 14.18
Acta an vterque iudex edere debeat, & an sit differentia
inter eos. 12.20
Acta, cum de facto dubitatur, exhibenda. 12.30
Acta cum petuntur, an inter causas distinguendum. 12.
23. & n. 28. ibid.
Actiones mixtae in iure. 9.1
Acta in criminis heresio an edenda. 12.18
Acta edenda per iudicem potenterem, iudici à quo petitur
executio. ibid. n. 15. Centrarium ibid. num. 17
Actis in transmittendis distinguitur, an reus remittatur
condemnatus vel condemnandus. 12.26
Eius rationes ponuntur ibid. n. 27. 28. 29 (15)
Actū qui fecit in omnib. dependētibus cōsensisse videtur. 1.
Actus extra iudiciale non est actus. 1.9
Acquisitum nobis sine facto nostro auelli nequit. 13.10
Adulterium cuius fori late distinguendo euoluitur. 9.16
Adulterio qua pœna constituta. ibid. n. 17
Aduocati quales esse debeant. 11.13
Aduocatus cogitur ac. ipere munera. 11.3
Ædificatio & refectio templorum ad Regem spectat. 1.44
in Æquipollentibus eadem iura seruantur. 5.7
in Alienatione quando emphyteuta dominum requirere
debeat. 13.43. & n. 44. ibid.
Anglia quid circa Ecclesiastica statuerit. 13.52
Animaduersionis appellatione qua veniant. 14.14
Antecedente concessio & consequentia, sine quibus id ex.
expediri non potest, concessa censemur. 6.21
Apostoli quare inuocavit brachium seculare. 1.65
Appellatio gradatim interponenda. 6.7
Appellatione pendente procedens, iudici iniuria facit. 11.25
Apprehensio in alterius territorio quibus casibus locutus
habeat, & quomodo à brachio differat. 5.40
Argumentū à remittente ad delegantem non valet. 6.31
Argumenta à similitudine ducta, de iure sunt valida.: 5.
2. & n. 3. ac 7.
Argumenta à simili probabilitate sunt. ibid. n. 5 (40)
Argumenta vtrā laicorū statuta formata refutantur. 13.
Argumenta di canonistarum genus quomodo describatur
a Bertrando d' Argente. 4.14
Assesores quales esse debeant. 11.12
Authoritatem Imperatoris seculariumq; Principum qui
tutati sint, remissive. 13.72

B

- B**aldi inuestiuia in canonistas. 9.13
Blasphemia est mixti fori. ibid. n. 6
Bona ecclesiastica num veniant in statuto de parata exe.
cutione, si collatum quid sit ecclisia sub conditione ali.
quid facient. 8.3. & n. 5. ibid. (13.15)
Bona ingrediens monasteriū, ipso acquirūtur monasterio.

- Brachium an gradatim implorandum. 6.3
Brachium an inuocari non posset nisi omnibus aliis reme.
diis prius adhibitis. 12.2. & n. 3. ibid.
Brachium an ipsamet vincentes partes possint impiorare.
7.1. & n. 2. ac 3. ibid.
Brachium contra singulares successores inuocatur. ib. n. 5
Brachium Dei Meſtas vocatur. ibid. n. 6
Brachium duplex seculare & ecclesiasticum. 4.1
Brachium seculare & ecclesiasticum in quibus conue.
niant. ibid. n. 2
Brachium & indultum quomodo inter se differant. §. 27.
& n. 28. ibid.
Brachium ex contractu etiam potest inuocari. 10.12
Brachium inuocatur etiam si ambo sint sub uno superiore
6.6 (7.4)
Brachium imploratur contra cōtemnentem sententiam.
Brachium iuris consulti viam regiam significat, & quid
sit brachium implorare. 3.17
Brachium non impariendum, si iudex scientiam habeat
pro condemnato. 11.37
Brachium ob denegatam iustitiam recte inuocatur. 10.11
ad Brachium seculare an quis se in instrumento valide
obligare possit. 7.6
Brachium implorare volens omnia prius debet retare. 6.4
Brachij imploratio vi immediata fiat, an exigatur dene.
gatio iustitiae. ibid. n. 5
Brachij inuocatio nihil iudicib. in sua iurisdictione pra.
dicat. ibid. n. 8
Brachij inuocatio locum habet ob contemptum sententiae.
10.10
Brachij inuocatio habet locum, quotiescumque inuenitus
resistentia. ibid. n. 13
Brachij inuocatio potest reuocari. 11.36
de Brachij origine Interpretes nihil certi tradunt. 2.8
Brachij post implorationem quomodo procedendum in i.
psō executionis actu. 12.10
Brachij seculare inuocatio in iure canonico fundata. 1.34
Brachij seculare inuocandi materia, quibus frequens,
quibusq; incognita. 1.2
Brachij seculare inuocationem qui Interpretes tracta.
rint: Et quibus rationibus approbent. 1.35
Brachij seculare origo iuri canonico adscribitur. 2.12
Brachij verbo Patres quomodo vti. 3.10
Brachij vocabulum hic figuratè sumitur. ibid. n. 6
Brachij vocabulum à fortitudine est ibid. n. 7
Brachij vocabulum exemplis testamenti veteris ac noui
deducitur. ibid. n. 8
Brachij vocabulū quomodo scholastici accipiant. 3.12
Brachij vocabulum in quo significatu Poetus. ibid. n. 13
Brachij vocabuli vim paucis intellectere. 3.5
Brachio implorante Indices seculares sanguinis pœnas exe.
quuntur. 10.3
Brachia extendere inermia, victoria signum fuit. 3.16

INDEX.

Brachia Poetæ Iunonis tribuunt. *ibid. num. 14.*

C.

- C**ameræ Imperialiæ per literas mutui compassus agit apud Ecclesiasticos. 4.4
Cameræ Imperialiæ mandatis arcet iudices ecclesiasticos, falcem in secularem messem inferentes. 13.3
 in Cameræ impetrantur Mandata ratione brachij, & an illa cum vel sine clausula decernantur. 14.1
 Cameræ mandata ratione brachij impetrata, an sub pena banni vel pecuniaria emanare soleant. *ibid. n. 2.*
Canonistarum genus argumentandi quomodo describatur à Bertrando d' Argentre. 4.14
Canonum conciliarium efficacia. 1.18
Canonista forum conscientia pro se allegant, & ideo tenentur dicto: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. 4.
 19
 Carolus Magnus imperium iure belli acquisiuit. 13.66
 Caroli Magni ordinationes circa ecclesiastica. 1.49
 Caroli V. Constitutiones Brabantia circa successionem iuribus confirmantur. 13.8
 Causæ criminales cito exequenda. 12.32
 Censura diuina quid Tertulliano. 2.10
 de Clausula commissioni addita: Cum incidentibus, dependentibus, &c. 6.22
 Clericus an à laico cogi possit ferre testimonium. 5.32
 Clericus an seculari genus pena iniungere debeat. 12.31
 Clericus coram alio ecclesiastico litigare volens, consensu Episcopi opus habet. 1.14
 Clericus cum consensu superioris potest adire secularem. *ibid. num. 54.*
 Clericus executionem nō potest petere coram laico, nec ad id se instrumento obligare. 1.5
 Clericus heres laici obserat, ubi pro executione conueniatur. *num. 6. ibid.*
 Clericus in Vniuersitate studens, an subsit Rectori laico. *ibid. num. 6.*
 Clericus non potest ferre testimonium coram laico. 1.4.
 Et quando possit. *ibid. num. 57*
 Clericus non potest mittere in possessionem in rebus laicorum, sed brachium seculare inuocare debet. 8.16
 Ratio ponitur. *ibid. num. 17. & 18.*
 Clericus non potest prorogare iurisdictione superioris. 1.11
 Clericus ob enormitatem criminis à laico, punitur. *ibid. num. 60.*
 Clerici confessio coram laico quid valeat. 12.22
 Clerici criminaliter condemnati bona quo deueniat. 8.10
 Clerici inferentis Episcopo iniuriam pena à laico executioni mandatur. 10.8
 Clericus quatenus causas sanguinis agitare liceat. 1.58
 Clerico de plessendo cum agitur, quando protestatio interponatur. 10.4
 Clericus non punit laicus. 1.22
 Clericum secularis citare non potest. 1.7
 Clerici ad collectas Imperij tenentur. 13.5
 Clerici criminaliter condemnati bona immobilia merum imperium habenti cedunt. 8.11. Etiam in crimen heresos. *ibid. n. 12.* Mobilia Episcopis cedunt. *ibid. num. 13. & 14.*
 Clerici exempti sunt à potestate laicorum. 5.31
 Clerici se secularibus immiscere non debent. 13.2
 Clericorum in bonis immobilibus potest fieri executio, si sub magistratu laico sita sint. 8.1
 Christus non exercuit potestatem temporalem, nec Apostoli. 13.62. Et responderetur objectionib. *ibid. n. 63. ac 65.*
 Citare clericum secularis non potest. 1.7
 Citare prohibetur delegatus per edictum. 5.24
 Citare Princeps ex qualibet provinciæ. *ibid. n. 23.*

- pro Citato habetur, qui impedit quo minus citetur. 5.22
 Citatione opus est petita executione. 12.13. & n.14. *ibid.*
 Ciuiile ius quid. 13.41
 Coactiuā inter & voluntariā obedientiā distinctio. 4.16
 ad Collectas Imperij clerici tenentur. 13.5
 Commissarius an possit iuris subsidiales ad extraneos iudices dirigere. 6.21
 Commissario liberum est in Indulso exhibere commissio- nem. 5.29
 Compensatione mutua tolluntur paria delicta. 5.4
 Concilium Imperator conuocare potest. 1.41
 Conciliorum executio fit per inuocationem brachij. 10.1
 Concubinatus cuite fori. 9.19
 Concubinatum Aristoteles improbat. *ibid. num. 20.*
 Confessio clericis coram laico quid valeat. 12.22
 Confirmatae ordinationes magnum robur habent. 13.55
 Congregationes ex mala causa presumuntur, nisi probe- tur contrarium. 1.28
 Conspirationes & fœdera quomodo discernantur. 1.27
 Constantini dictum: (Vos a nemine iudicari potestis) quo- modo intelligendum. 13.57
 Constitutiones Brabantia Caroli V. circa successionem, confirmantur iuribus. 13.8
 Constitutiones Gallica regie multæ ecclesiastica continet. 1.43
 Constitutiones nō adstringuntur ad casus, de quibus tem- pore constitutionis non cogitatum est. 13.30
 Consuetudo an valeat, ut clericus à laico cogi possit ferre testimonium. 5.32
 Consuetudo, qua contra Regem & Ecclesiam quid intro- ducit, an valeat. 13.44
 ob Contemptum sententia brachij inuocatio locum haber. 10.10
 Contrahere cuique liberum. 13.21
 Contractus qui aequitatis origine caret, prescriptione non firmatur. 2.7
 ex Contractu etiam potest inuocari brachium. 10.12
 Contractibus prohibitiua pacta priuati etiam adjicere possunt. 13.26
 Contrarium fere omnes res humanae habent. 13.1
 Contumacia est delictum. 10.9
 Contumacia pena propria est excommunicatio. 11.17
 Crimen enorme quod. 1.61
 Crimen sacrilegii an sit canonici vel ciuilis, an vero mix- tifici. 9.4
 Huius questronis vñus. *ibid. num. 5.*
 Decisio *ibid. num. 11.* (1.60)
 Criminis ob enormitatem clericus à laico puniri potest. Crimine in heresos an acta edenda. 12.18
 Criminalium causarum in executione quam formam iu- dex seruare debeat. *ibid. num. 33.*
 Criminaliter condēnati clericis bona quo deueniant. 8.10
 Criminales cause cito exequenda. 12.32
 D.
Decima cui foro adscribantur, varijs distinctionibus enodatur. 9.23
 Delegatus an prius delegantem, an iudicem laicum im- mediate requirere debeat. 6.27
 Delegatus an recte exequatur. 6.13
 Delegatus debet iudici, cuius brachium implorat delega- tionis instrumentum exhibere. *ibid. num. 28.*
 Delegatus fungitur vice delegantis. 6.19
 Delegatus summi Principis ab aliorum principum differt, quoad executionem. 6.15 (num. 16)
 Item ratione facultatis in commissione addita. *ibid.*
 Delegato per edictum citare vetitum. 5.24
 Delegatorum mandatum stricte sequendum. 6.17
 Delicta

I N D E X.

- Bona paria mutua a compensione tolluntur. 8.4
 Diuina inuocatio quare primitenda. 1.1
 Diuino iure quid circa Ecclesiasticorum possessiones statutum. 13.38
 Judicia Patrum de hac re, ibid. num. 39.
 Dominium Ecclesia semel quasitum secundum Innocent. est Sanctum sanctorum domino. 8.4
 Donator potest ab initio conditionem rei adiucere. 8.9
 Donatum Ecclesia, non potest etiam ex causa reuocari, facta traditione. 8.6
 Limitatur ibid. num. 7.
- E.**
- E**cclisia primiua num bona tenuerit. 13.37
 Ecclesia bona non veniunt in statuto de parata execuzione. 8.3
 Ecclesia bona num veniant in statuto de parata execuzione si collatum quid sit Ecclesia sub conditione aliquid faciendi, *ibid. n. 5.*
 Ecclesia libertatem que statuta dicantur non consentunt Dd. 13.17. & n. 18. *ibid.*
 Ecclesia donatum non potest etiam ex causa reuocari, facta traditione. 8.6
 Limitatur ibid. num. 7.
 Ecclesia semel quasitum dominum secundum Innocent. est sanctum sanctorum domino. 8.4
 ad Ecclesiam ne laicorum bona deferantur Princeps disponere potest. 13.23 & n. 24. *ibid.*
 Ecclesiis quovis modo relinquendi cuilibet est potestas. 13.12
 Ecclesiastica iurisdictio antiquitus erat excommunicatio. 2.11
 Ecclesiastica Iurisdictio à Justiniano originē habet. 13.56
 Ecclesiastica persona etiam si in lite sit. n. hilominus iurisdictio est Imperatoris, quando agitur de Regalibus Imperiis. 8.2
 Ecclesiastica statuta Imperatorum. 13.59
 Ecclesiastica statuta Anglia. 13.52
 Ecclesiastica contra libertatem facta statuta laicorum, non valent. 13.4. & n. 16. *ibid.*
 Ecclesiastica & Seculares hic summum personarum genus constituant. 6.1 (12.31)
 Ecclesiasticus an seculari genus pena iniungere debeat. 4.15
 Ecclesiasticus iudex an & quomodo cogatur. 14.15. & n. 17. *ibid. Praesertim in Gallijs, ibid. n. 16.*
 Ecclesiasticus index laicum incarcерandum, ad secularem remittit. 10.5
 Ecclesiasticus index an clericos possit carcere are. *ibid. n. 6.*
 Ecclesiasticus num seculari teneatur ostendere acta. 4.17
 Ecclesiasticus princeps, cum iudicibus secularibus sibi subditis, non remedio brachij, sed directo procedit. 6.11
 Ecclesiasticum & inter secularē differentia, à Canonistis Itali & Hispanis tradita, quasi cogi secularis non Ecclesiasticus possit. 4.15
 Ecclesiastici iudices cum falcam in secularem messem inferre volunt à Camera mandatis accentur. 13.3
 Ecclesiastici, quam cecutiant in allegatione suorum priuilegiorum, *ibid. n. 46.*
 Ecclesiastici quomodo sape errent in iudicando. 12.16
 Ecclesiastici recte contrahunt. 13.13
 Ecclesiastici si possunt statuere ne bona Ecclesia in laicos sine certis solennitatibus alienentur, idem & laicos de bonis laicorum statuere licebit. *ibid. n. 34.*
 Ecclesiasticorum circa possessiones quid de iure diuino statutum. *ibid. n. 38.*
 Patrum iudicia hac de re, ibid. n. 39.
 Ecclesiasticos ab hereditate vel successione arcens statutum Iuliacense, in Camera approbatum 13.7. & numero 36. *ibid.*
- in Ecclesiasticos ratione contributionis quod Poloni constituerint, *ibid. num. 50.*
 Ecclesiastici in rebus quando mutatio admittenda. 1.51
 Edictales contra absentes locum habent. 5.25
 Emphyteuta quando dominum requirere in alienatione debeat. 13.43. & n. 44. *ibid.*
 Enorme quid. 1.61
 Episcopus tenetur obediere litteris potestatis. 4.11
 Episcopus turbans quiete publicam sede detruditur. 1.47
 Episcopo en laici ratione delicti subsint. 6.12
 Episcopo iniuriam inferentis clerici pena, à laico executione mandatur. 10.8
 Episcopi, Abbates, regali prouisione electi. 1.52
 Episcopi mere theologi quo virtus laborent in cancellariis jententius. 11.11
 Equites Rhodi sunt ordinis S. Augustini. 13.48
 Etymologias in consulti in consideratione habent. 3.3
 Exceptiones contra brachium. 11.38
 Excommunicare potest Episcopus laicum Præsidii non obedientem. 10.7
 Excommunicandi potestas Petro Apostolo data, conditioinalis est. 13.67
 Excommunicatio à iure quae sit. 14.10
 Excommunicatio, antiqua iurisdictione ecclesiasticorum. 2.11
 Excommunicatio dupliciter contingit, vel à iudice, vel ab ipso iure. 14.7
 Et quid differant, ibid. n. 11.
 Excommunicatio non habet locum in minoribus causis. 11.18
 ad Excommunicationem quae per hominem fit, quomodo deueniatur. 14.8
 Excusationes admittenda si legitima. 11.1 & n. 2. ac 7.
 Excusationes quando proponenda. 11.6
 Exemptionis priuilegium cum graniter incipit ladere, restringendum est. 13.31
 Executio, ab alio facienda iudice, si pronunciauerit se, unum leges, non secundum statuta. 5.26
 Executio conciliorum fit per inuocationem brachij. 10.1
 Executio iuridica excusat à sacrilegio. 8.8
 Executio semel facta non reiteranda. 12.35
 Executionis ordinarium remedium. 5.41
 in executione causarum criminalium quam formam index seruare debeat. 12.33
 Executores mixti qui sint, & quos actus exerceant. 5.43
 Executoriales pars vincens suis sumptibus in Camera impetrat. 15.3
 Expensas in materia remissionis in Criminalibus facit iudex. 15.1
 Expensas quando partes in remissionibus faciant. *ibidem* num. 2.
 Expensas qui pauperib. subministrare debeat. *ibid. n. 14.*
 Vide hac de questione etiam numerum 5.6. ac 7. tractantem, ibid.
 Expensas quomodo in Camera partes exponant & reposcent. *ibid. num. 8.*
 Extrajudicialis actus non est actus. 11.9
 Extrajudicialiter & nulliter procedere paria sunt. 11.19
- F.**
- F**also ex instrumento sententia lata non exequenda. 11.21
 de Famulis iudicium exequentium & eorum excessibus. 12.34. & n. 36. 37. *ibid.*
 Fidei in causis, quatenus seculares se intromittere possint, ex ipsis canonistarum traditionibus. 1.40
 Fidem frangens grauiter peccat. 9.10
 Fideiussor datus per clericum in iudicio laico conuentum, non obligatur. 1.19

INDEX.

- F**inis, cum habet necessariam consequentiam ad principium, hoc inspiciendum est. 2.5
Federa quando licita, & quomodo à conspiratione discernantur. 1.27
confraternitatum iura valent. 1.26
G.
Galli interpretes inuocationē brachij approbantes. 1.39
Galii que circa Ecclesiastica statuerint. 13.24
Gallica regiae constitutiones multa ecclesiastica continent. 1.43
Germani interpretes, qui de inuocatione brachij tractarent & quibz rationibz eam appobarint. 1.36
Gladius spectat ad magistratum politicum. 13.61
Grammaticis an alligentur iuris consulti. 3.1
H.
Hæreditate vel successione interdicens Ecclesiasticis statuum in Camera approbatū. 13.7 & n.36.ib.
Hereseos in crimine an acta edenda. 12.18
Hispani interpretes, qui inuocationem brachij secularis approbarint. 1.37
Humanæ res omnes sere habent contrarium. 13.1
I.
Immisso ipsa differt à sententia qua immisso decernitur. 8. 19. & num. 2.0
Imperator non ita ut alij, cōpellitur ab Ecclesiasticis. 12.9
Imperatoris iurisdictio est, quando agitur de Regalibz Imperij, etiam si persona Ecclesiastica in lite sit. 8.2
Imperatoris lex an tollat Pontificiana. 1.17
Imperatoris, seculariumqz principum autoritatem qui tutati sint remisive. 13.72
Imperatorem posse conuocare concilium, eiusqz exempla. 1.41
(traxere. 2.9)
Imperatores Romani dignitates cōsentiente populo ad se
Imperatores seculares plurimas leges ecclesiasticas tulisse, easqz ecclesiasticos sequi, etiam ratione conscientia. 1. 48 & num. 52.ibid.
Imperotorum leges circa Ecclesiastica. 13. 59
Indultum, & brachium quomodo inter se differant. 5.27
& num. 2.8.ibid,
in Indulto an Ecclesiasticus cogi possit. 5.30
in Indulto liberum est commissario exhibere commissi-
nem. ibid.nu.29
In uocatio diuina quare præmittenda. 1.1
Irrregularitas non est à iure diuino. 1.59
Itali Authores I.C. quis brachij secularis inuocationem tractando approbarint. 1.38
Index cuius auxilium imploratur causa cognita procedit. 12.1
Index cuius brachium imploratur, requiri debet per literas publicas, ibid.n. 4. & n. 8.ibid. (10r. 5.42)
Index cuius brachium imploratur non est nudus execu-
Index debet vitare proscriptum alterius iudicis. 4.7
Index ecclesiasticus, quando à se abdicat iurisdictionem. laicus iudex administrationem supra clericos apprehendit. 1.055
Index Ecclesiasticus laicum in carcandum ad secularem remittit. 10.5
Index Ecclesiasticus an, & quomodo cogatur. 14.15. & num. 17.ibid.
Profertim in Gallijs, ibid.n.16 (sas. 15.1)
Index in criminalibz in materia remissionis facit expen-
Index non imploratus officium non impartitur. 12.5
Index quam formam seruare debeat in executione causarum criminalium. 12.13
Index, qui non facit iustitiam periurus est, & tenet ad interesse. 5.18. & n. 19.ibid. (ibid.n.21)
Index negligenter iustitiam admistrans facit litem suam,
- I**ndex secularis, quando in realibus sit adeundus. 10.2
Index secularis quid in inuocationis actu exequendo faciat. 5.44
(agere debeat. 4.12)
Index secularis quomodo cum excommunicatis ab Episcopo
Index secularis ratione brachij requisitus, non obediens an ipso iure excommunicatus. 14.6
Index semel pronunciando functus est suo officio. 6.14
Indicis arbitrio comittitur pena non imparientis brachium. 14.13
Indicis incompetens iurisdictionem, quomodo satisdans iudicio sibi, proroget. 0
Indicis incompetens sententia non exequenda. 11.14
Indicis a quo petitur executio acta edenda sunt. 12.15
contrarium ibid.num.17 (11.8)
Indicis extra judicialiter procederi non obtemperandum.
Indicem secularem adire potest clericus, cum consensu superioris. 1.54
Iunoni brachia poeta tribuunt. 3.14
Iunoni Regna adscribuntur ibi. n.15
Iuramenti ratione, quando & quibus casibus secularis cognoscatur. ibid.num.12
Iuramentum quomodo pretor tueatur. 9.8
ex iuramento an actio nascatur. 9.9
Iure diuino quid circa possessiones Ecclesiasticorum statutum. 13.38. Patrum iudicia de hac re, ibid. n.39.
Iuris quod quisqz in aliū statuit, eo & vti debet ipse. 5.17
Iuris consuli an grammaticis alligentur. 3.1
Iurisdictionis Ecclesiastica à Iustiniano originem habet. 13.56
Iurisdictionis Ecclesiastica antiquitus sola in excommunicatione consistebat. 2.11
Iurisdictionis confusionem ius civile & canonicum horret. 1.30. & n.33.ibid.
Iurisdictionem prorogare potest Vasallus. 1.10
Iurisdictionem superioris clericis non potest prorogare, ibid.num.11
Ius civile quid. 13.41
Ius dicenti extra territorium, non paretur. 1.31
Iustinianus author Ecclesiastica iurisdictionis. 13.56
Iustitia cum denegatur repressalia conceduntur. 5.20
Iustitiam ob denegata brachij inuocatio locū habet. 10.11
L.
Laicus an cogere possit clericum ferre testimonium. 5.32
Laicus non potest clericum punire. 1.22
Laici sententia in clericum est nulla. 11.15
Laicum Præsidi non obedientem Episcopus potest excommunicare. 10.7
Laico coram iudice, non potest testimonium ferre clericus. 1.4
Laico coram iudice non potest clericus executionem petere, nec ad id se in instrumento obligare. 1.5
Laico sub magistratu si bona immobilia clericorum sita sunt, in iis potest fieri executio. 8.1
Laici possunt facere statutum, quod clericis non prodest. 13. 2.5
Laici ratione delicti an subsint Episcopo. 6.12
Laici si obediens præsidi nolunt, ab episcopo excommunicari debent. 4.6
Laicorum à potestate clericis sunt exempti. 5.31
Laicorum contra statuta formata argumenta refutantur. 13.40
Laicorum de bonis ne ad Ecclesiam adferantur Principes disponere potest. 13.23. & n.24.ibid.
Laicorum statuta contra libertatem Ecclesiasticam facta, non valent. 13.4. & num.16.ibid.
Laicis idē de bonis laicorum statuere licet, quod Ecclesiastici de bonis Ecclesiastici presumunt. ibid. n.34
Legatus

INDEX

- L**egatus à latere quando absoluat excommunicatum. 14.9
 Legati coguntur suscipere munera. 11.4
 Lex suprema, salus Reipub. 13.29
 Legis anima est ratio. 13.27
 Leges Imperatorum circa Ecclesiastica. ib. n. 59.
 Leges iniusta non merentur legis nomen. 11.29
 Leges sine moribus parum proficiunt. 1.45
 Libertatem quando auferre quis dicatur. 13.19
 Licitum quod quis sibi putat, etiam in alterius persona
 admittere debet. ibid. n. 33. (chii. 5.14)
 Litera compassus quomodo differant ab inuocatione bra-
 Litera mutui compassus ita barbare dicuntur, alias Ro-
 gatoriales subsidiales, &c. ibid. n. 9.
 Literas musui compassus quando locum habeant. ibidem
 num. 10. (num. 15)
 in Literis iuris subsidialibus causa cognitio requiritur. ib.
 Literis mutui compassus laicus contra laicum: & Eccle-
 siasticus contra Ecclesiasticum vtitur. 5.13
 Ludouici Imp. Synodus & ordinationes ecclesiastica. 1.50
 M.
Magistratus unus alteri manum porrigit. 1.32
 Magistratus potestas à Deo est. 13.55
 Magistratus sunt Dij. 13.58
 ad Magistratum politum spectat gladius, ibid. n. 61.
 Malefactores stipendijs Regis capiendi. 4.10
 Malitijs non indulgendum. 13.28
 Mandatum delegatorum stricte sequendum. 6.17
 Mandatum transgredi solet vel de seculu vtexcessu, ibid.
 num. 18. (num. 23)
 Mandati extensio fit ad ea qua sunt eiusdem speciei. ibid.
 Mandata Camera ratione brachii impetrata, an sub pœ-
 na banni vel per uniuaria emanare soleant. 14.2
 Mandata executoria, ad executores contra bannitos
 ordinando quomodo differant ab inuocatione brachij.
 5.45. & n. 46. ibid.
 Mandata in Camera ratione Brachij impetrantur: &
 an illa cum, vel sine clausula decernantur? 14.1
 Media via tutissima. 7.3
 Merum imperium habens, si locus desit, in loco vicino po-
 test exercere actum. 4.9
 Messias Brachium Dei vocatur. 3.9
 Mixta actiones in iure. 9.1
 Monachi non priuantur successione, nisi aliter statuta
 inductum, 13.47. & n. 49. ibid.
 Monasterij ingressu, ingredientis bona monasterio acqui-
 suntur. ib. n. 15
 in Monasterium ingressio, non tollit ius sanguinis. 13.14
 Mutanda non sunt qua certa interpretatione habent. 12.7
 Mutatio in ecclesiasticis quando admittenda. 1.51
 N. (num. 64.)
Negetius ab exemplis non argumentandum. ibidem
 Necesitas facit de illico licitum. 6.6
 Nullitas probanda est. 11.22
 Nullitas quid operetur, & an impediat executionem. 11.20
 O.
Obidentiam inter coactuam & voluntariam di-
 finitio. 4.16
 non Obedientium requirenti pœna. 12.11
 Obligatio est mater actionis. 4.20
 Officiali si non habet satis virium, pro capiendo, alium
 in auxilium vocare potest. 4.8
 Ope alterius vtitur, qui ipse non potest. 1.24
 Ordinationes Caroli M. circa ecclesiastica, ibid. n. 49
 Ordinationes confirmata magnum robur habent. 13.35
 Ordinationes Ecclesiasticae, & Synodus Ludouici Imp. 1.50
 Origine sublat a imago non debet relinqu. ibid. n. 6
 de Origine an tractare liceat. 2.1
- Pacificatio religionis in Germania salubriter instituta
 13.6 (ibid. n. 26)
 Pacta prohibitiua possunt priuati contractibus adiucere.
 Papa non parendum cum turbatur status Ecclesia. 1.53
 Par in parem non habet imperium. 6.10
 Paria sunt, non esse, & non apparere. 12.6
 Paria sunt non esse, & nulliter esse. 11.28
 Parres quomodo bra. hij verbo vfi. 3.10
 Patronatus ius cuius fori distinctione explicatur. 9.22
 D. Paulus coram ethniciis litigauit. 1.63
 D. Paulus ad Cesarem appellat. 13.69
 Pauperib. quis expensas subministrare debeat. 15.4
 Vide etiam num 5.6. & 7. ibid. sequentes.
 Periurium Deum vltorem habet, & cuius fori. 9.7
 Petrus Apostolus conditionalem excommunicandi pote-
 statem accepit. 13.67
 Placitum Principis fortius operatur quam pactum. 13.11
 Fœna propria contumacia est excommunicatio. 11.17
 Pœna constituta contra non obedientes requirenti. 12.11
 Pœna iudicium non parentibus tuis subsidialibus. 5.16
 Pœna non impartientis brachium arbitrio iudicium com-
 mittitur. 14.13 (brachio. 10.3)
 Pœnas sanguinis exequuntur iudices secularis implorato
 Poetis in quo significatu, sit brachij vocabulum. 3.13
 Poeta Iunoni brachia tribuunt. ibid. n. 14.
 ad Politicum magistratum spectat gladius. 13.61
 Poloni quid in Ecclesiasticos quoad contributiones consti-
 tuerint. 13.50
 Pontificia lex an ab Imperatoria tellatur. 1.17
 Pontifices, Episcopi, Abbates Regali prouisione electi. 1.52
 Possessiones circa Ecclesiasticas quida de iure diuino sta-
 rum. 13.38
 Patrum hoc de re iudicia ibid n. 39.
 Potestas magistratus à Deo est. ibid. n. 55.
 Primitiva Ecclesia num bona tenuerit. 13.37
 Prescriptione non firmatur contractus, qui equitatibus ori-
 gine caret. 2.7
 Princeps Ecclesiasticus, cum iudicibus secularib. sibi sub-
 ditis, non remedio brachii, sed directe procedit. 6.11
 Princeps ex qualibet prouincia citat. 5.23
 Princeps potest disponere de bonis laicorum ad Ecclesiam
 non deferendis. 13.23 & n. 24. ibid.
 Princeps secularis corrigere debet Sacerdotes, si aliter quæ
 debent, viuant. 1.42
 Principis placitum fortius operatur quam pactum. 13.11
 in Principe potestas faciendi presumitur. 13.9
 Principium cuiusq; rei pars potissima. 2.4
 Priuata vtilitas publica anteferenda. 13.32
 Priuilegium exemptionis cum grauiter incipit ledere,
 restringendum est. ibid. num. 31.
 Priuilegia propria singulorum qua dicantur. 1.8
 in Priuilegorum suorum allegatione, quam cacucent
 Ecclesiastici. 13.46. (13.26)
 Prohibitiua pacta possunt priuati contractibus adiucere.
 Pronunciatum semel non debet resuscitari. 12.19
 Prorogare iurisdictionem iudicis incompetenti, quomo-
 do Satidans iudicio sibi poscit. 1.20
 Prorogatio quid. 1.9 (do agitur. 10.4)
 Protestatio quando interponatur cum de cierico pleben-
 Publica vtilitas priuata anteferenda. 13.32
 R.
Ratio est legis anima. 13.17
 Ratio vbi eadem, ibi idem ius. 5.8
 de Regalib. imperii si agatur, & etiam si persona Ecclesiastica in lite sit: Imperatoris est iurisdictio. 8.2
 Regali prouisione electi Abbates, Episcopi, Pontifices. 1.52
 Reipub. Salus suprema lex. 13.29
 Reipub.

I N D E X.

- R**eipub. vno membro laborante, alijs vita iucunda esse ne-
quit. *ibid. num. 51.*
Religionis constitutio, quoad competentiam, quomodo ac-
cipienda. *11.16*
Religionis pacificatio in Germania salabriter instituta.
13.6.
Remedia qua contra priuatos competant. *14.19*
Remissio an morte remittentis expiret. *6.30*
Remissio in ciuibus, quomodo differat à brachio. *5.34*
Remissio in delictis, vnde originem habeat. *ibid. n. 35*
Remissio in delictis quomodo à brachio differat. *ibid. n. 36*
Remissio est uoluntatis. *ibid.*
Remissions in Germania, non, nisi sub reuersalib. fiunt.
ibid. n. 37.
Remissio in leuiorib. non habet locum. *ibid. n. 38.*
Remissio causa cognitionem desiderat. *ibid. n. 39.*
Repressalia conceduntur cum iusititia denegatur. *5.20*
Repressalia quando locum habeant. *12.12*
Rex Francia de facto non recognoscit superiorem. *1.16*
ad Regem spectat adificatio & refectio templorum. *ib. n. 44*
Rhodij equites sunt ordinis S. Augustini. *13.48*
- S.**
- S**acerdotem vere agere difficile, & in quo peccent ho-
die. *1.46*
Sacerdotes in veteri testamento gladio vsor demonstra-
tur exemplis. *1.21*
Sacerdotes si aliter quam debent, viuant, Princeps secula-
ris hoc corrigeret debet. *ibid. n. 42.*
Sacerdotes veteris testamenti subiecti fuerunt magistra-
tui politico. *13.68*
Sacrilegij crimen an sit canonici vel ciuilis, an vero mixti
fori. *9.4*
Eius questionis vsus. *ibid. num. 5.*
Decisio, *ibid. num. 11*
à Sacrilegio excusat iuridica execuicio. *8.8*
Sanguinis ius non tollit ingressio in Monasterium. *13.14*
Sanguinis penas iudices seculares exequuntur implorato
brachio *10.3*
Sapiens etiam ex paucis multa intelligit *3.4*
Satidans iudicio sibi, iudicis incompetentis iurisdictio-
nem quomodo proroget *1.20*
Scholastici quomodo accipiunt vocabulum Brachij. *3.12*
Secularis index quando in realibus sit adeundus. *10.2*
Secularis non potest citare clericum *1.7*
Secularis, quando & quibus casibus iuramenti ratione
cognoscatur. *9.12*
Secularis brachii inuocatio iure canonico fundatur. *1.34*
Secularem inter & Ecclesiasticum differentia à Canonis-
tis, Italis & Hispanis tradita, quasi cogi secularis non
Ecclesiasticus possit. *4.15*
Seculares, quatenus in causis fidei sese intromittere pos-
sint, ex ipsis Canonistarum traditionibus. *1.40*
Secularib. in causa fidei canones viam precidunt. *1.3*
Secularib. se immiscere non debent clerici. *13.2*
Seditiosorum pena capitalis *1.29*
Sententia à qua appellatum non debet exequi per bra-
chium. *11.24*
Si modo valida sit, *ibid. num. 26*
Sententia cuius executio petitur per brachium debet
transiisse in rem iudicatam. *11.23*
Sententia iniqua non exequenda, *ibid. n. 27.*
Exemplis monstratur, *ibid. n. 31*
Contrarium, *num. 33.*
- D**istinguitur an notorie iniusta, num. 34.
Et attenditur iniq[ue]ritas etiam non opposita, *ibidem*
num. 35.
Sententia laici in clericum est nulla. *11.13*
Sententia lata ex falso instrumento, non exequenda, *ibid.*
num. 21.
Sententia per Iudicem alterius iurisdictionis lata, nulla
est. *5.11*
Sententia qua immisio decernitur differt ab ipsa immis-
sione, *8.19. & n. 20.*
Sententia iniusta an parendum. *13.70*
Sententia nulla non parendum, *ibid. n. 7.1.*
Sententia ob contemptum Brachij inuocatio locum ha-
bet. *10.10*
Societas valet, vbi vnu pecuniam alter opera confert. *12.5*
Similia non decernere inscitiam sapit. *5.1*
à Simili argumenta probabilia sunt. *ibid. n. 5.*
à Similitudine ducta argumenta de iure sunt valida. *5.2.*
& num. 3. ac. 7.
Sodomia cuius fori. *9.15*
Sorilegium cuius fori controuertitur. *9.14*
Statum est conuenio cjuium. *13.20. & n. 22. ibid.*
Statum Iuliacenſe arcens ab hereditate vel successione
ecclesiasticos, in camera approbatum, *13.7. & num.*
36. ibid. *(13.25.)*
Statum possunt laici facere, quod clericis non prodest.
Statura contra laicorum formata argumenta refutan-
tur. *ibid. n. 40.*
Statura contra libertatem Ecclesia qua dicantur, nō con-
sentunt Dd. *13.17. & n. 18. ibid.*
Statura laicorum contra libertatem Ecclesiasticam fa-
cta, non valent, *13.4. & n. 16. ibid.*
Suprum est mixti fori. *9.18*
Successione non priuatur Monachi, nisi aliter statuto in-
duetur. *13.47. & n. 49. ibid.*
Successor an teneatur parere literis pro inuocatione ad
prædecessorem missis. *6.29*
in Symbolizantibus facilis est transitus. *5.6*
- T.**
- T**emplorum adificatio & refectio ad regem spectat.
1.44.
Territorium extra suum ius dienti non paretur. *1.31*
Testamentū nullum abusue dicitur testamentū. *11.10*
Testimonium corā laico ferre quando clericus posit. *1.57*
Theologorum doctrina ab omni spe lucri aliena esse de-
bet. *13.54*
Traditio quid significet. *1.62*
Tributum ab omnibus soluendum. *13.60*
Tutores coguntur suscipere munera. *11.5*
- V.**
- V**afallus potest prorogare iurisdictionem. *1.10*
Veneta Respub. quibus fundamentis nitatur in cau-
sa sua contra Pontificem. *13.53*
Verbis sua est antiquitas & ideo de ijs disputandum. *3.2*
Vicarius non est maior principali. *13.64*
Victoria signum fuit brachia inermia extendere. *3.16*
Victrix pars suis sumptibus executoriales in Camera im-
petrat. *15.3*
Voluntariam inter & coactuam obedientiam distin-
ctio. *4.16*
Voluptas sua quemque trahit. *2.2*
Vsura cuius sit fori, varie distinguendo discutitur. *9.28*